LEXICON HEPTAGLOTTON,

HEBRAICUM, CHALDAICUM, SYRIACUM, } SAMARITANUM, ÆTHIOPICUM, ARABICUM, } Conjunctim;

Et PERSICUM, Separatim.

In quo, omnes voces Hebrææ, Chaldææ, Syræ, Samaritanæ, Æthiopicæ, Arabicæ, & Persicæ, tam in MSS[is]. quàm Impressis libris, cumprimis autem in Bibliis Polyglottis, adjectis hinc inde Armenis, Turcicis, Indis, Japonicis, &c. ordine Alphabetico, sub singulis Radicibus digestæ, continentur.

Earumque significationes, omnium præsertim in SS. Hebræis Bibliis semel tantum occurrentium, multo aliter quam apud Modernos, sive Hebræos, sive Christianos, ex tribus Chaldæis Targumin, utroque Babylonico, & Hierosolymitano Talmude, vetustissimorum Rabbinorum Commentatoribus, Theologis, & Philosophis, Variis S. Scripturæ Lectionibus Hebr. Chald. &c. tribus exemplaribus V. & N. T. Syris, tribus magna ex parte utriusq; Æthiopicis, tribus Arabicis, duobus Persicis, tribus Pentateuchis Samaritanis: Lexicis item in omnibus hisce Linguis vix numerandis; Alcorano, Avicenna, Geographo Nubiensi, &c. ut & Græca LXX Interpretum versione, amplè & dilucidè eruuntur, proponuntur, & explicantur.

Variorum insuper Interpretum difficiles ac discrepantes sententiæ, conferuntur & examinantur: quamplurima Errata in aliis Lexicis, necnon in ipsis Bibliis Polyglottis, etiam pravæ haud raró Translationes emendantur, & ad verum suum sensum restituuntur.

Cui accessit BREVIS, & HARMONICA (quantum fieri potuit)

GRAMMATICÆ,

Omnium præcedentium Linguarum Delineatio.

Authore EDMUNDO CASTELLO, *S. T. D.*
Regiæ M. à Sacris: Linguæ Arabicæ apud Cantabrigienses Professore, post muneris illius ibidem à Nobilissimo, Honoratissimoq; Viro THOMA ADAMS *Equite & Baronetto, Urbis* Londinensis *Aldermanno, Patréque ipsius meritissimo stabilitam Fundationem, primo:*
Necnon Ecclesiæ CHRISTI Cantuariensis *Præbendario.*

LONDINI,
Imprimebat THOMAS ROYCROFT, LL. Orientalium Typographus Regius. CIↃ. DC. LXIX.

EDMUNDUS CASTELLUS S.T.D. ECCLESIÆ CHRISTI CANTUARIENS: CANONICUS ETC.
Ætat. 63
Anno. 1669.
Will. Faithorne Pinxit
et Sculpsit.

AUGUSTISSIMÆ MAJESTATI
CAROLI II.
Magnæ Britanniæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis
Desideratissimi, Fidei Defensoris; &c.

S*Citum est illud antiquissimi inter Hebræos scriptoris* כל מה שנזכר בתורה בנביאים ובכתובים רומזים אל החכמה *Omnia quæcunque in Lege, Prophetis, & Hagiographis extant memorata, sapiunt & respiciunt ad Sapientiam h.e. Messiam. Folia SS Scripturarum sunt fasciæ Christi, quibus placidissimè involvitur Unigenitus ille, & æternus Dei Patris filius. Has plurium (ni fallor) quam post homines natos unquam antea, Linguarum præcipuarum maximéque primitivarum ornatu variegatas, inque uno veluti fasce simul colligatas, ante undecim annos in Bibliis Polyglottis, orbi dedimus literato. En jam tandem, in* Heptaglotto *hoc* Lexico, *quod ad pedes T.M. quàm humillimè provolvo, sub Maximi Nominis T. auspiciis, non unam tantùm (qualis illa quæ Magis aliquando visa est) sed septem stellarum plaustrum (CAROLINI instar illius quod in cœlis) tum ab Oriente, tum à Meridie exortum, ad Lumen omnibus salutem atque Servatorem suum, illo in loco ubi solùm & semper conspiciendus jacet quærentibus, patefaciendum exhibemus. Utrumque hoc opus reverà unum est, idémque. Quid enim aliud SS. Scripturæ sine Interprete, quàm conclusus hortus, & fons obsignatus? Neque cum varietate hac Linguarum, præ aliis harum, quæ primæ sunt ab Hebræa derivationis, & (ut loquuntur) extractionis, Interpres alius in hoc genere comparandus est ullus: Non S^ti. Patres, quantumvis primitivi, hac dote destituti; non Scholastici, non Commentatores, antiqui vel moderni; non ipsa Ecclesia, nedum Philosophia, ut somniant quidam Neoterici.*

De Ave quadam, cujus nomen apud Syros historicos ܐܦܘܦܘܣ *apud Græcos & Latinos Epimachus, ferunt, harum in parentes senio confectos tantum esse amorem, ut eos benignè foveant, nutriantque, necnon cæcutientibus ipsorum oculis, ac tantum non cæcis, quibusdam applicationibus, visum denuò restituant clarum; Idem officium præstant filiæ istæ sex primogenitæ, Chaldæa, Syra, Samaritana, Æthiopica, Arabica, Persica, in gratiam matris Hebrææ; cujus caligini in quamplurimis vocibus auxilio sunt, atque illustrationi, sæpè supra quod dici potest, singulari. Sub unaquaque ferè radice, hujusce rei veritas constabit luculenter.*

Nullus opinor Lexicographus (quod ingenuè fatendum) mediis ad certissimam Maternæ hujus Linguæ intelligentiam fruitus est magis abundanter, quàm nos, in longo hujus Operis decursu, qui Facem hìc tantum præferimus aliis, quâ ipsi Lumen multò splendidius, tum Arcanis Dei eloquiis, tum etiam universo Orbi aliquando traditurì sint Christiano.

Est maximo totius Africæ Imperatori Templum quoddam ወግኔ: ክብሬ: *dictum, in quod nemini sine munere suo licet introire. Ego jam secundâ vice M.T. aulam ingressus sum cum munusculo meo, levidensi nimis, quia T.C. nihil à subdito offerri queat Magnum. Interim venia (uti spero) mihi dabitur usurpandi illud sacratissimi ac planè Regii Vatis,* Domino meo Regi victimas me neutiquam immolaturum gratuitas; *sed (si fas dicere) carè quidem emptas. Non enim qui plurima dedit, sed cui paucissima sunt relicta, qui* ὅλον τὸν βίον, *quicquid facultatum habet, in Dei, Principisve sui conjicit donaria, is demum à supremo Mundi judice laudatur maximè. Hoc puto innotescit omnibus, scilicet quibus ego notus sum, nihil esse quod mihi parentes reliquerunt, (Patrimonium aliquando satis commodum atque amplum) nihil quod in anteacto vitæ meæ tempore laboribus meis atque solicitis acquisiveram curis (accessio minimè contemnenda) quod non integrum in offertorium hoc jam olim impenderim.*

Annus jam agitur decimus septimus, ex quo relicto rure paterno, immanibus hisce atque tremendis ausis (talia fuerunt certè) non sine M.T. consensu, quum primùm specimen hujus Operis

sub ejus initium ob oculos fuit positum; necnon literis insuper quamplurimis, à viris magni nominis, quà in Ecclesia, quà in Rep. domi, forìsque ad me missis, (quarum magna pars, uti etiam Bibliothecæ meæ, cum multa supellectile & tricenis Lexici Heptaglotti exemplaribus, in flammis periit Londinensibus) me submisi invitus admodum, animóque (quod testabitur ὁ Καρδιογνώστης*) multùm horrescente, quodq; satis supérque noverunt illi omnes summi viri, qui me promissis tum auxilii, tum etiam remunerationis ad isthæc non pellexerunt tantum, sed vi quadam urgenter impulerunt. Mihi verò, in Molendino hoc per tot annorum lustra indesinenter occupato, dies ille tanquā festus & otiosus visus est, in quo tam Bibliis Polyglottis, quàm Lexicis hisce provehendis, sexdecim, aut octodecim horas dietim non insudavi. Mitto privata quæ corpori in curriculo hujus Operis contigerunt mala, membrorum confractiones, luxationes, contusiones; quodque præ omnibus hisce gravissimè dolet, Oculorum lumen, perpetuis atque indefessis vigiliis tantùm non ademptum: item alia magis publica, Bellum nationale, Pestem sævissimam, & miserandum Urbis hujus incendium; quibus omnibus diutiùs multò ut protractum fuit hoc antea languens negotium, ita supra modum ingravescebant simul onera mea & impensæ. Dictum illud sapientissimæ in suo tempore gentis, mihi hîc favet,* חיזק שאינו ניכר אין שמיה חיזק Damnum illud nullum est, quod non agnoscitur, vel sentitur. *Sunt tamen præter hæc omnia, aliæ insuper (nec paucæ nec parvæ) quibus gravatus fui infœlicitates, quas satius atque consultius puto, silentio contegere, quam non sine periculo in publicum proferre.*

Tandem verò, cùm ad Culmen jam perductus fuit miseriarum mearum cumulus, duplicatis quasi lateribus, θεὸς ἀπὸ μηχανῆς *T. M. tempestivè mihi succurrit, idque multis modis. Primò, Literis ad omnes Archiepiscopos, Duces, Marchiones, Comites, Vice-comites, Episcopos, Barones, aliósque totius Regni Subditos, hujus Operis recommendatitiis. Quas insecutæ sunt aliæ à RR. DD. Archi-Episcopis, Reverendisque admodum DD. Episcopis singulis subsignatæ. Item ante quinquennium aliæ, à Reverendiss. Honoratissimóque Præsule, Patrono meo valde benefico,* Gilberto Archiepiscopo Cantuariensi, *totius* Angliæ *Primate, ad singulos suæ Provinciæ Episcopos conscriptæ. Quas omnes prelo commisi, quasdam non semel, at successu parum felici. Enimvero universæ hæ literæ, plus minus septingentas libras tantùm mihi porrexerunt, ad promovendum Opus, in quo millenas multò plures infaustus exhausi; præter plurima atq; ingentia valde, quæ contraxi debita. Quid quod, prænominatæ collectæ summæ pars maxima, quadringentæ sc. libræ, procuratione atque operâ solertissimâ prudentissimâque, Reverendi admodum in Deo Patris* Sethi *D. Episcopi* Sarisburiensis, *intra quatuordecim dies fuerunt conquisitæ?*

Ante triennium, M. T. Sacellanus Ordinarius factus sum, atque hoc pacto concessa sunt mihi Privilegia quædam, quo huic Operi securiùs incumberem. Ante annum, donavit me M. T. Canonicatu in Ecclesia Cathedrali Christi Cantuariensi; *necnon nuperrimè Dispensatione pro absentia mea ab eo loco, partim ob munus aliud (in quo laboris multum, emolumenti mihi adhuc vix quidquam) quod mihi demandatum est in Academia* Cantabrigiensi, *illinc longè dissitâ; partim ob Corpus tot, támque diris vexatum casibus, ad itinera omninò nunc ineptum.*

Pro omnibus hisce T. M. tot tantisque beneficiis, atque præ omnibus, quòd ad hæc tam ardua, (modò me pereunte, ea Ecclesiæ Christi *profuerint, & Reipublicæ Literariæ) jussus fui, quod unicum, & quidem solum jam mihi restat, Deum O. M. veneror, ut M. T. concedat pacatum, ac indies magis magisque florens Imperium domi, Victorias famigeratissimas foràs, Valetudinem supra terras, plusquam pancraticam, atque serò tandem in Cœlis, Coronam sempiternam: Ita vovet,*

Serenissimæ T. M. à Sacris,

EDMUNDUS CASTELLUS.

PRÆFATIO.

PRAVITATE atque malitia, simul semelque, vel una vice, infecta fuit universa humanæ naturæ massa, at paulatim vix tandem, aut ne vix, in tristi hoc mortalitatis statu, unquam expurgatur: Ut Lux prima Creationis, reliquaque omnia Hexamerων opera, à טוב ad טוב מאד gradatim sunt progressa. Nec aliter seculis hisce ultimis, Orientalis, *h.e.* optimæ Scientiæ indies increscens splendor. Jubilæus jam agitur quartus, ex quo primum Occidentalem, atque Borealem hanc mundi partem illustrare cœpit, (pro more Magni Luminaris in suo orbe cursus naturalis) pariter Sol iste lucidissimus. Anno 1500. *Hebraicæ* tantum linguæ, ope laudatissimi *Capnionis*, ejusque sequacium, exiguus emicuit radius; nec non *Chaldaicæ*, paulo post, studiis indefessis doctissimi S. *Munsteri*. 2, Post Annum 1550. faustissimis *D. Widmanstedii* in Orientem profectionibus atque curis, dialectus *Syriacæ* enituit exoptata cognitio: Sub idem tempus prodierunt Biblia *Complutensia*, & Regia in tribus istis Linguis. 3, Post annum 1600 literæ *Arabicæ*, studiis cumprimis *M. Bedwelli* nostri, atque *Cl. T. Erpenii* læte ac fœliciter nobis affulserunt. 4, Ab anno autem 1650. longe fulgentior exortus est asterismus Lingg. *Æthiopicæ*, *Persicæ*, *Malaicæ*, apud nos in *Anglia*, & apud *Belgas*, *Armenicæ*, *Anamaticæ*, *Copticæ*; *Turcicæque* nunc apud *Italos*, qui Lexicon nuper ediderunt *Italico-Turcicum*, nec non apud nos *Grammatica Latino Turcica*, studio dignifs. viri *D. Seaman* confecta est, & propediem excusura.

In septem primis linguis impressa sunt ante decennium *Biblia Polyglotta*. Labore autem nostro haud levi in iis edendis, vixdum exantlato (ob quem, Honorarium illud quod in Præfatione *Waltoniana* dicor accepisse, in illud ipsum opus non refundebam tantum omne, sed mille plus minus libras, ad promovendum illud, partim ab aliis solicitando procurabam, partim ipse donabam ultro) cum ecce ad aliud novum difficilius longe, nec unquam antea à quopiam per omnia tentatum opus, impense vocor. Hoc autem ex quibus, quot, quantisque authoribus satis diligenter perlectis contextum est, omnibus ut clarius constet, nomina eorum hic in limine subtexam.

Biblia nostra *Polyglotta* sexies evoluta, cum duobus aliis Exemplaribus *Syriacis*, totidem *Arabicis*, item *Pentateuchis Samaritanis*, collata.

Pentateuchus Mauritanus Arabice, & *N. Testamentum*, à *Cl. Erpenio* editum. Fragmentum *Pentateuchi Arabico-Samaritani*, & Commentarii *Arabici* in eundem MSS.

MS. *Arabicum* librorum *Historicorum*, *Jos. Jud. Sam.* mihi à Doctifs. viro *D. Buncle* benigne communicatum.

Paraphrastes *Chaldæus* in lib. *Paraleipomenων*, quem ex autographo in Academia *Cantabrigiensi* accurate descripsit, & *Latinitate* donavit D. *Sa. Clericus* amicus meus singularis, & in *Bibliis Polygl.* συνεργὸς diligentissimus, Cujus etiam opera ac studiis laudatissimis in parato est apud *Oxonienses* septimum *Bibliorum Polyglottων* Volumen, cum Versionibus antiquissimis, nec adhuc unquam editis, non *Chaldaica* tantum hac, sed *Syriacis* insuper, *Æthiopicis*, *Copticis*, *Arabicis*, *Persicis* contextum. *Psalteria* quatuor *Arabica*, *Nebiense*, *Romanum*, *Impress. Gallicanum* & *Mauritanum* MSS. *Psalterium Æthiopicum* MS *D. Pocockii*: Item *Syriacum Nestoriense* & *Jacobiticum*. Versio *Arabica* Prophetarum *MS.* olim *D Seldeni*, nunc in Bibliotheca *Oxoniensi*. Tres Liturgiæ *Samaritanæ*, & partim *Arabico-Samaritanæ*. Rituale *Jacobiticum*. Missale, atque Breviarium *Syriacum*. Officium Simplex *Maronitarum*, *Syr.* Missale *Æthiopicum Romæ* impressum.

Decem Liturgiæ *Æthiopicæ* MSS^æ. *sc. S^ti^ Johannis* Evangelistæ; *Nicenorum* patrum. *S^ti^ Epiphanii*. *S^ti^ Jacobi*. *S^ti^ Chrysostomi*. *Anonymi*. *Sanctorum Apostolorum*. *S^ti^ Cyrilli*. *S^ti^ Gregorii*. *S^ti^ Dioscori*, quod ultimum sub finem Lexici *Æthiop.* à Honorat. D. *J. Ludolfo* contexti una cum Grammatica *Æthiop.* & Confessione fidei *Æth.* a CLAUDIO Imperat. *Æthiopiæ* scripta, *An. Dom.* 1661. hic fuit Impressum. Encomium *Æthiop.* [1] *B. V. Mariæ*. [2] Patriarcharum. [3] Cœlestium & Terrestrium, sive Menologium Poeticum. Horum omnium MSS. *Æthiop.* copiam mihi fecit Cl. D. *D. Pocockius* Lingg. *Hebr.* & *Arab.* in Academia *Oxon.* Professor Regius eminentissimus. In hoc ultimo, Menologio, *sc. Æthiop.* exactissime evolvendo, valde sedulam navarit operam Cl. vir D. *Mich. Wansleben.*

Liber magnus Homiliarum *Æthiop.* in folio. Liber precum *Æthiop.* Psalterium *Æthiopicum MS.* quorum omnium usum benevole mihi concessit vir summæ ac reconditæ eruditionis D. *Theodorus Petræus Danus*. מחזור *Germanicus* in folio, & *Portugallensis* 8° in quatuor Voluminibus. Collectiones ex *Gregorio Syro*, Catena Patrum *Syr.* &c. mihi à Cl. Nobilifs. atq; omnigenæ secretioris literaturæ callentissimo D. *D. Lostusio* amice concessæ. Ut mittam quæ ex S^to^ *Ephrem*, & aliis ipse collegi. *Hebræorum* quorum sæpius occurrunt nomina. *Ra. Sa. Jarhi. Ab. Esra. D. Kimhi. Rabboth. Abravanel.* מכלל יופי *Menahem. Tanchuma. Bicai. M. Nachman. M. Alshic. If. Abuhaf,* &c. in Pentateuchum omnes, & in universum V. *Testamentum* quidam. *Juda Leo* in libros Historicos. *Ob Sfurno. R. Simeon*, aliis perperam *R. Samuel* in *Job. Ob. Gaon* in *Psalmos. Mo. Elmosin. Jos. Taisac* in *Megilloth.* Talmud *Babylon.* & *Hierosolym. Mos. Majmon.* לבוש התכלת Aliique non pauci.

Evangelia *Persica Cl. Abr. Wheloci*, & Celeberr. D. D. *Pierson* opera edita. Tractatus *Persici* D. *Jo. Gravii*. Rosarium *Persicum*. Historia *Christi*. & *Petri Persice*, *Historia Judith*, aliaque plura MSS^a. *Persica*.

Quantum ad Lexica, hæc præcipue præ oculis continuo habuimus; *Hebraica D.Kimbi*(& quod Lexici instar, *Nathanis* Concordantias.) *Avenaru*, *Forsteri*, *Pagnini*, D.*Pomarii*, *Buxtorfii*, *Schindleri*, quod fere integrum in hoc opus transfudimus; *Chaldaica* trium ultimorum, item *B.Aruc.Ph.Aquinatis. Eliæ Thisb. Cohen de Lara. G.Fabritii*, *S.Munsteri*, *Plantavitii*. Emendationes, nec non Additiones quædam *M.Buxtorfii* ad suum Lexicon *Chald.* partim à Cl.D. *Dershovio*, viro admodum tam ingenuo, quam docto; sed maxima ex parte, à proprio D.*Buxtorfii* filio, atq; in Cathedra successore longe meritissimo, & quidem ingentis spei viro, cujus vel nomen gentis suæ decus est, & honor.

Syriaca, *Masii*, *Ferrarii*, *Trostii*, *Buxtorfii*, *Th.à Novaria*, &c. *Samaritanum*, D.*Morini*. Dictionarum Trilingue, *Sam. sc. Chal.* & *Arab.* Cl.D.Doctoris *Marshalli*, viri reconditæ eruditionis peritissimi, mihiq; amicissimi, opera descripti, & ad me transmissi. *Æthiopicum*, *Wemmers*, & Nobilissimi, nec à me unquam sine honoris præfatione nominandi, D. *Jobi Ludolfi*. *Arabica*, *Raphelingii*, *Giggei*, *Germani*, atque viri excellentissimi, omnisq; literaturæ tam Orientalis, quam Occidentalis peritissimi D.*Ja.Golii* Lingg. Oriental. tum & Matheseos Professoris ordinarii.

Lexica MSS^a quibus usi sumus in hoc opere.

Dictionarium *Syriacum Bar Bahluli*, ingens volumen in folio, in hoc opus transvectum, apud quem sæpissime citantur sequentes authores; quasi *Syriace* extantes; *Bar Serushai*, *Zacharia*, *Raban*, *Almeruzai*, ut puto Lexicographi. *P. Ægineta*, *Dioscorides*, *Galenus*, *Aetius*, *Bar Serapion*, Medici. *Aristotelis* Volumina septem. *Besunandus* Historicus nominatissimus. S. *Ephrem*. S.*Gregorius*. *Gr.Nyssenus*. S.*Epiphanius* contra *Eunomium*. *Arius*, & *Apollinaris*. *Bar Malco*, forte *Aben Melec Hebræus*. *Mesues Arabs*.

Etiam hi quorum nomina nobis adhuc sunt minus nota; *scil.* [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible], [illegible] qui ultimus liber à *Bar Cepha*, ni fallor, scriptus fuit. Alios mitto infinitos; ut hinc intelligamus, *Syris* nullum omnino deesse scientiæ genus.

Taceo etiam scriptotum *Arabicorum* catalogum apud *Camusium* longe numerosiorem.

Lexicon *Æthiopicum* Cl. D. *Gallæi* Ministri *Zyricensis* mihi benigne transmissi. In *Æthiopicis* autem adjumento mihi fuit maximo vir Nobilis D.*Jobus Ludolfus* Principi *VINARIENSI* à Conciliis, hujus linguæ Magnus Apollo; de quo plura in Lexico, *pag.*853. à quo MS.Lexicon *Æthiopicum* una cum Grammatica, Confessione fidei *CLAUDII* Imperat. *Æthiopiæ*, &c. per manus Cl.D.*M.Wanslebii* accepi, quæ omnia (Curiositatis monumenta non vulgaria) *A.D.*1661. prelo hic commisi. Lexica *Arabica*, *Gieuhari*, & *Camusii*; item D.*Lanceloti Brunii Avicennistæ* incomparabilis, atque viri ob præcellentiam in hisce literis summe admirandi; D.*Bedwelli* septem Volumina in folio, & duo in 4°. quæ summo cum favore virorum celeberrimorum, Nobilis *Jo. Seldeni*, Cl.D.D. *Merick* Collegii *Londin.* Medici celeberrimi, D. D. *Worthington*, Academiæ *Cantabrigiensis* tunc temporis procancellarii dignissimi, & Cl. D. *M. Smith* procuratoris, mihi commodata fuerunt mutuo.

Lexicon *Persicum*, cui nomen نعمة الله, cum tribus MSS^is collatum; quorum unum vir Cl. D. *Tho. Gravius* pro summa ejus humanitate amice mihi communicavit, magna ex parte à D. *Seamanno* viro integerrimo, inque hac ac Lingua Turcica exercitatissimo, transfusum fuit. At hic etiam à me ex multis authoribus addita sunt non pauca. Hanc autem partem exornavit maxime, atque luculenter ampliavit Thesaurus *Persicus* desideratissimus Prof. Eminentissimi. D.D.*Golii*, ὁ μακαρίτου.

Ex præcedentibus scriptoribus, atq; aliis quam plurimis nonnulla vocabulorum plaustra, in omnibus sex linguis, *Chald.Syr.Sam.Æth.Arab.* & *Persica*, simul hic comportata, inq; suas series ordine habemus digesta, quæ in aliis Lexicis, qua Impressis, qua MSS^is frustra quæsiverit quispiam. Et ni fallor, non multa sunt scripturæ loca, apud Criticos veteres, aut modernos, quibus ab Orientalibus linguis lux aliqua oboriatur, quæ hic constanter non reperiet lector.

Dictiones etiam *Hebræas* centenas puto aliquot, secundum proprietatem hujus, aut vicinæ alicujus linguæ, non sine Ratione optima, Contextus analogia maxime apposita, consentientibus fere semper primis atq; antiquissimis SS. Scripturæ interpretibus, multo aliter transfusas, quam saltem Modernorum quivis (de Translatoribus loquor publicis) adhuc exposuerit.

Hoc enim minime celandum judico, à paucis adhuc animadversum, quo melius intelligant atque clarius, posteritati quantum obsit aliorum pertinax imitatio; *R. Davidem* in *Hebraicis*, & *B.Aruc* in *Chaldaicis* (magni nominis scriptores) non ut nudos homines, sed plane θεοπνεύστους per omnia sequuntur non Judæi tantum, sed Christiani fere universi: Cum tamen ambo ingenue satis atq; aperte in multis, nec raro, suam fatentur ignorantiam; proinde ab utrisque (post considerationem mature deliberatam, & argumenta tam artificialia, quam inartificialia diutius librata) haud meticulosi sæpe discedimus.

Primus ante, & ferme solus inter recentiores omnes *M.Buxtorfius*, vir naris emunctioris, spiritu sagacissimo præ aliis imbutus, malum in utroque reprobavit, & utplurimum retinuit quod bonum fuit, ac merito eligendum. In *Syriacis* à præclarissimo *Ferrario* quoties cespitatum est, nonnunquam à doctissimo *Morino* in *Samariticis*, à Copiosissimo, & ob magnam industriam merito celebrando *D.Giggæo* in *Arabicis* sæpissime: idem triste mortalitatis privilegium, & nos proculdubio, nec infrequenter manet. Interim eorum sphalmata candide, atque crebrius si-

ne nomine (hoc ideo ab aliis viciſſim in noſtri gratiam pariter expectantes atque expoſcentes) emendavimus, nec non eorum expoſitiones multum ſuſpectas licet (donec quid certius conſtiterit) dubii, nec non aliquando parum dubii, in Legentium exercitium annexuimus; ejuſmodi conjecturarum cumulum, in aliud tempus, apud nos indies congerentes.

Arcanas atq; SS^as^ Literas, Talmud, & Alcoranus, tres Canones (ut ita dicam) Oecumenici, quibus hodie regitur, ac dirigitur univerſum pene genus humanum, allegavimus quam creberrime, & quantum potuimus accurate; Unde cuivis conſtare poteſt, quæ Chriſtianorum, Judæorum, Mohammedanorum ſententia atque fides, non è vagis neſcio quibus lacunis, ſed genuinis maximeq; authenticis ipſorum fontibus ab omnibus agnitis, deprompta; Quæ nempe de Deo, Meſſia, *D. Ieſu*, Spiritu S°. Hominis lapſu, renovatione, reſurrectione, &c. credunt. Atq; hinc etiam exoriuntur haud raro argumenta neutiquam contemnenda (adverſariorum enim teſtimonium magni ſemper æſtimant Rationis magiſtri) ad fidem noſtram corroborandum. *Vide* שלוש. משיח. יהוה. הוא &c.

Mortalibus quippe mos iſte inolevit (heu nimis inveteratus) antagoniſtis ſuis falſa audacter affingendi; hoc nos Judæis facimus, atque Mohammedanis; atq; idem nobis illi; Conceſſis ab utraque parte refragari nefas: Nec Doctrinalia tantum, ſed Ritualia, Juridica, Medicinalia, atq; nonnunquam Proverbia notavimus, (loca ſaltem in quibus occurrunt) tam in illis tribus, quam in aliis libris impreſſis, atq; ipſa verba, in MSS^is^ præſertim *Syriacis, Samarit. Æthiop. & Perſicis*, in quibus parum adhuc laborarunt prela. *e. g. Samaritanorum* dogmata de [1] Dei vita abſoluta. [2] Perfectione, [3] Incomprehenſibilitate, [4] Providentia, [5] Conſtantia, [6] Miſericordia univerſali, [7] de S^a^ Scriptura, [8] Traditionibus, [9] Bonis operibus, [10] Sabbatho, [11] Hebræis, [12] Sacerdotum lapſorum reſtitutione, & ob quod in omni ſeculo male audierunt, ſed injuria, [13] de Imaginibus, *Vide*, 1 [Samaritan] in קום & [Samaritan] in ענה 2 [Samaritan] 3 [Samaritan] 4 [Samaritan] 5 [Samaritan] 6 [Samaritan] & [Samaritan] 7 [Samaritan] in כתב 8 [Samaritan] 9 [Samaritan] 10 [Samaritan] & [Samaritan] 11 [Samaritan] 12 [Samaritan] 13 [Samaritan]
Mitto plura alia, quæ ſparſim reperientur.

Idem in cæteris Linguis præſtitum, ut non Lexici tantum munus obit, ſed Indicis materiarum, peculiariter Biblicarum, in quo loca Scripturæ tam difficilia, quam male atque abſurde transfuſa (quorum numerus eſt non exiguus in *Bibliis Polyglottis*, reliquiſq; omnibus) vel enodantur, vel emendantur; imo tantum non Concordantiarum inſtar eſt, quantum ad voces minus uſitatas.

Verſionum etiam optimarum errores omnes enumerare, non patitur præfationis ratio; eorum ſpecimina quædam, in certas claſſes digeſta, additis tantum duobus, tribus, aut pluribus exemplis, exhibuimus in *Oratione* noſtra, in Scholis Theologicis apud *Cantabrigienſes* habita, ad primam muneris *Arabici* ſuſceptionem; *A. D.* 1667. edita.

Quibus addi poſſunt vocabula *Hebræa* ἅπαξ λεγόμενα fere omnia; quæ ex priſcorum ſcriptis, & proprio Linguarum genio, ſuccenturiante utriſq; ipſa contextus ſerie, non parum conſequuntur luminis certioris, quam antea ex modernis quibuſlibet illis attributum fuit. Quibus otium eſt, alias inter innumeras voces, conſulant has ſequentes; דנן. אלגביש. מנסת. גלש. גדד in נר. ברקת ברומים. בכא. תאשור. אלמגים in Append. [illegible] & אהליבם. אוחים. אנוז. התאבך. אבח. אביב.
דבב. נרגל. נדרש. הוא. הדר. ורב. חלילי. חציר. חרגל. חשש חפרפרות. יה In Append. יום. יעה. ישח. כפים הכפיש. כסוחה. כרכר. כרוב. כרסם.
כרפס. כחש. להלה. ליקהה הלעיט. מזג. מכרות. נמרץ. משיח. נול נוע. נבזבה. ננבה. נכאת. מנעל. נעצוץ. נתע. סוחף. סחרת. סחרחר. סלעם.
נסחף. סתר. עלס עוד. עפאים. טצם. ערער. נעתם. פלח. פרס פתבג צדי. צבוע. צפה קרקר in קרד. קסת. קטורות קרבן. קנץ מקשה. קרי קשות.
החו. שרף. משרה. שקע. שפי. אשפר. שמן שדה. שבל. שבר. רשף. רקע. רקה. רצה. ריק. רוה. הרעל. רגב. רום in ראמות. ראם v. *Æth.* [illegible]
תורק. תפתיא. מתעתע. תלפיות. תוללים. תחש Mitto dictiones omnes *Syriacas, Samaritanas, Æthiopicas, Arabicas, Perſicas*, quæ mirifice illuſtrant textum ſacrum, & generatim cunctæ ſibimetipſis mutuo ingens impartiuntur lumen.

Et quidem pace doctiorum, hoc mihi videtur extra dubium; Neminem eſſe qui harum Linguarum, vel unam aſſequi queat perfecte & accurate, qui non intelligat omnes. Ut alios taceam authores; in Talmude *Babylonico* (cui vulgo nomen à confuſa Linguarum ibidem loci multitudine, quarum vix ulla eſt, in Oriente ſaltem, quæ ſuum huic Operi non contribuerit ſymbolum) ejuſmodi voces haut raro occurrunt, quas fruſtra tentaverit quiſpiam explicare, qui in harum aliqua manet inexpertus. In quibus Voluminibus (niſi à bardis) minime ſpernendis, obſervatu hoc reor non indignum: Loca in Novo Teſtamento ex Veteri allata, nonnunquam cum textu *Hebraico*, ſæpius autem conveniunt cum LXX. In hac diſcrepantia, veterum Rabbinorum nonnulli, nec non Talmudici (ab altiori Spiritu proculdubio ad id inducti) ita legunt, citanque illa, prout occurrunt in Novo Inſtrumento, & apud LXX. *vide* מטה in נטה. נשק, &c.

Socios quidem habui in hoc Opere, ſed perexiguo tempore mecum in illo commorantes, neſcio an dicam, immenſitate laboris plane exterritos. Quos diutius retinui, hi fuerunt; *D. M. Murray Grypſwaldenſis*, vir non minus doctus, quam admodum ingenuus, cui per ſeptennii fere ſpatium *Arabicas* meas concredideram collectiones; *D. Gul. Beveridgius*, vir in ſecretioribus hiſce literis egregie verſatus, per dimidium illius temporis, curabat *Syriacas*: prout in *Æthiopicis* per idem tempus operam impendebat ſuam *D. M. Wanſlebius*, qui ad perpoliendum ejus in iiſdem ingenium, in varias Orientis oras longa atque periculoſa ſuſcepit itinera. Per plures annos, jam ætate provectus, & una cum patrimonio ſatis competenti, exhauſtis etiam animi viribus, oculis caligantibus, corporis variis in hoc Opere confractis, & diſlocatis membris, relictus ſum ſolus, ſine amanuenſi, aut vel Correctore ullo, venia ideo apud candidos lectores (uti ſpero) ob παροράματα ſiquæ occurrerint, aliquanto dignior.

Quantum ad inveſtigandum thema aliquod, ſive vocabulum in hoc Opere, quædam ſunt hic notanda. Primo,

mo, Literæ heemanticæ sunt quam sæpissime detrahendæ. א ut, אבעבעות ſ. בעה [illegible] ſ. רדן etiam in medio, ut ל ut כהה ſ. כבה ב ut הלם ſ. יהלום י ut חדה ולת ſ. חדוה ,זולת ו ut לא & אח ſ. הלא & האח ה ut ד ſ. דלמא illis junguntur, ut צור ſ. צואר ב ut כון גלל ſ. בכן .בגלל quin & sæpe aliter, Particulæ præsertim, sub primis initialibus literis, quæ cum בדד ſ. לבד מ ut בוא ſ. מבוא נ ab *Arab.* [illegible] Sic alii, nos fere secuti sumus ordinem Alphabeticum. של ut שלמה ſ. מה ת ut חבל ſ. בלל. חבנית ſ. בנה. תהלה ſ. הלל. תלונה ſ. לון. תמס ſ. מסס. תנואה ſ. נוא [illegible]

Quædam sunt Literæ etiam addendæ. א ut אחד ſ. חד. אנשים ſ. נשים & אחוה ſ. התיו & אכל ſ. סבלת [illegible] ב ut סבב ſ. סב & similiter in omnibus Defectivis secunda, ut חנן ſ. חג. חדד ſ. חד &c. sic מנה ſ. מן ה ut זמם ſ. זמם ולל ſ. ולה .זולת & sic in omnibus Quiescentibus secunda, ערה ſ. עור. שחה ſ. שוח. ששון ſ. שוש. מסקנא ו ut וזד ſ. זד י ut קיה ſ. קי ה ut עלה ſ. מעל ריח ſ. רחים. מיץ ſ. מץ, it. in medio, יצא ſ. צואה & צא. יער ſ. ערה. יחם ſ. חמה. יעו ſ. ועה. יבל ſ. בל ו ut כל ſ. עוק ſ. מיעקה עוף ſ. מועף מוק ſ. sæpe per Dages compensatur, מצץ ſ. מצץ. יצר. יצע ſ. מצע ם ut משמה ſ. שמם sic in omnibus à Defectivis secunda, נ ut הכרה. נשג נשא ſ. שיג. שיא. נצל. נכר ſ. הצלח in medio ob Dages, ut שנה ſ. שתים

Et quædam denique mutandæ, א ut נוד ſ. נאד. רוש ſ. ראש. זאת ſ. זה. נבאים ſ. נכה. שניאות ſ. שנה. שוא ſ. שוה. צרא ſ. צרה [illegible] ירה ſ. תורה. ינה ſ. תונה. יעו ſ. נועו. ישה ſ. תושיה ו ut חלא ſ. מחלה ה ut חלה ſ. & hoc communiter in *Syriacis*, & *Arabicis.*

Arab. [illegible] ſ. انس & sic in omnibus ab *Elif*, ubi *Damma* succedit loco *Elif.* י ut שאל ſ. שיל. ריב. חיל. הירה ſ. רוב. חול. ר ut פאה ſ. פאתא. עסס ſ. עיסה. ציה ſ. צי. עיה ſ. עי. נקה ſ. נקי. נהה ſ. ני. רוה ſ. רי. בוה ſ. כי. חוץ ſ. חיצון. עור ſ. עיר. עוף ſ. עיף. חוד

Finita in יון—יום —יין vide in Quiescent. tertia, פריום. סריון. ענין. קנין. שכוי. שקוי ſ. פדה. סרה. ענה. קנה. שכה. שקה Voces in quibus אוי quærendæ inter literas magis radicales, ut טנם ſ. טאנים [illegible] ſ. חלון Sæpe etiam sub primis literis initialibus [illegible] ſ. איל. جون ſ. اجونهم sic [illegible] איד ſ. [illegible] aliaque Geminant. secundam, ut, עור ſ. ערער. עוף ſ. עפעף alias autem inter Verba perfecta, ut צלל ſ. צלצל Compositæ voces, sæpe occurrunt sub posteriori earum parte, ut פתבג. עבטיט ſ. בג & טיט interdum etiam sub Perfectis, ut צלם ſ. צלמות Parenthesi includuntur fere, quæ *Giggeius*, vel plura, vel diversa habet à *Golio.*

Conjugationes *Æthiopicæ* non uno modo citantur; in Lexico, secundum ordinem *Arabicarum*; in Grammatica autem, juxta methodum *Ludolfianam*, qua aptior nulla est, nec adeo accurata.

Coronidis loco, agnoscenda hic, atq; publicanda merito Illustrissimorum virorum (in tanto, tamq; longo plurimorum annorum decursu, non multorum quidem) beneficentia, qui Opus hoc neglectum, & casibus non paucis diris ac durissimis languescens nimis, donariis suis amplis, atque munificentia perbenigne excitarunt, ac promoverunt.

Horum sequuntur Nomina.

Augustissimus D. CAROLUS II. *Angliæ*, *Scotiæ*, *Franciæ*, & *Hiberniæ* Rex, &c.

Honoratissimus D. *Johannes* Comes de *Bridgwater*, Vicecomes *Brackley*, Baro *Elsemere*, Regiæ Ma^ti. à secretioribus Consiliis.

Honoratissimus D. *Georgius Villars* Vicecomes *Grandison.*

D. *Edmundus Fortescue* Eques & Baronettus.

D. *Nortonus Knatchbull* Eques & Baronettus

D. *Thomas Rich* Eques & Baronettus.

D. *Thomas Wendy* Eques, & Ordinis Balneati miles.

D. *Francis. Theobald* Armiger, harum etiam Lingg. callentiss.

Reverendiss. D. *Gilb. Cant.* totius *Angliæ* Primas, & Metropol. ac Regiæ Ma^ti. à secretioribus Consiliis.

Plurimum Reverend. *Joh. Dunelm.*

Plurimum Reverend. *Matth. Eliens.*

Plurimum Reverend. *Rob. Lincoln.*

Plurimum Reverend. *Georg. Winton.*

Plurimum Reverend. *Hen. Cicest.*

Plurimum Reverend. *Edw. Norvic.*

Plurimum Reverend. *Will. Bath. & Well.*

Plurimum Reverend. *Seth. Sarum.*

Est adhuc Honoratissimus unus, vel alter alius, quos intra velum latere jubet Prudentia, & rerum Ratio. Optimus, Maximusque omnium bonorum Remunerator, Honoratissimis hisce, atque vere Generosis viris, eorumque posteris in sempiternum retribuat quæcunque in Thesaurum hunc Verborum, ipsi Revera effuderunt, animitus oro, & obtestor.

Abbreviaturæ, quæ in hoc Opere occurrunt explicantur,

Acc. Accusativas casus.
Act. Activum, s. Verbale nomen.
Adverb. Adverbium.
Ag. Agens, s. Participium activum.
Af. Affixum.
al. aliis.
An. Æth. Animadversiones Æthiopicæ,
An. Sam. Animadversiones Samaritanæ, utraq; in sexto Bibliorum Tomo.
ap. apud.
Aq. Ph. Aquinas Lexicographus. Chald.
BB. Bar. Bahlul.
Bc. D. Buncle, qui perhumaniter mutuo mihi commodabat. MS. Judicum, Sam. &c.
Bd. Cl Bedwellus.
Bx. D. Buxtorfius.
c cum
cca construitur cum Accusativo.
ccg. construitur cum Genitivo.
ccga construitur cum gemino Accusativo.
cap. cum Accus. personæ
car. cum Accus. rei.
CL. Cohen de Lara.
Col. Collectivum.
Comp. Comparativum.
Cn. Constructum.
conv. convenit.
DD. D. Dershovius.
DP. David de Pomis.
Def. Defectivum.
Denom. Denominativum.
Der. Derivativum.
Dim. Diminutivum.
Dipt. Diptoton.
Emp. Emphatica.
&s & similia.
ex. al. exemplar aliud.
F. Ferrarii Lex Syriacum.
f. fœmininum. fi fine.
fo. fortè. fr. forma.
Fut. A, I. O. Futurum in Fatha, Kesra, Damma
G. D Golius.
GF. Guido Fabricius.
Gg. Giggeius.
Gent. Gentile nomen.
Gl. Gloss.
H. Hebræus. h. e. hoc est
IL. D. Jobus Ludolfus.
Impers. Impersonaliter. in. initium.
Intrans. Intransitivum
m. masculinum.
Mas. Masius.
MP. Masii peculium.
Masd. Masdid, s. Arab. Infinitivus modus.
med. Phat. Kesr. Dam. h. e. mediâ radicali in Præterito, habente vocalem Phatha, Kesra, Damma
Met. Metaphoricè.
No. Nomen.
No. Un Nomen Unitatis.
Opp. Opponitur.
Part. Participium.
PB. Participium Benoni.
PP. Participium Præteritum.
Pass. Passivum.
pec. peculiariter.
Pers. Persicè.
Pl. Plurale.
Pl pauc. Plurale paucitatis.
Pl. mult. Plurale multitudinis.
Plp. Plurale Pluralis.
Pl. san Plurale sanum
Poss Possessivum.
præc. præcedens.
prop. propriè.
prox. seq. proximè sequens.
pt. potest.
Prov. Proverbium.
q. quia. q. d. quasi dicas
qs. quasi. Rn. Respondet
s. sub. s. sive. sc. scilicet
seq. sequens.
sign. significatione.
Sing. Singulare.
Superl. Superlativus.
T. Talmud.
TH. Talmud Hierosolymitanum.
Trans Transitivum.
Transl. Translatio.
v. vide. v. versus.
V. Lec. Variæ Lectiones, in sexto Bibliorum Tomo.
VL. Vulgata Latina.

Harmonia brevis & perpetua sex Linguarum Orientalium, *HEBRAICÆ, CHALDAICÆ SYRIACÆ, SAMARITANÆ, ÆTHIOPICÆ, ARABICÆ,* Cui annectuntur Linguæ *PERSICÆ* Rudimenta, quæ aliqua ex parte etiam præcedentibus illis est conformis.

Alphabet. Hebraicum & Chaldaicum. — *Samaritanum.*

Num.	Nom.	Fig.	Samaritanum	in MS.
1	Aleph	א	ࠀ	ࠀ
2	Beth	ב	ࠁ	ࠁ
3	Gimel	ג	ࠂ	ࠂ
4	Daleth	ד	ࠃ	
5	He	ה	ࠄ	≈
6	Vau	ו	ࠅ	
7	Zain	ז	ࠆ	⊕
8	Cheth	ח	ࠇ	
9	Teth	ט	ࠈ	
10	Jod	י	ࠉ	ࠉ
20	Caph	כ	ࠊ	
30	Lamed	ל	ࠋ	
40	Mem	מ	ࠌ	ࠌ
50	Nun	נ	ࠍ	ࠍ
60	Samec	ס	ࠎ	
70	Ain	ע	ࠏ	
80	Pe	פ	ࠐ	ࠐ
90	Tsade	צ	ࠑ	
100	Koph	ק	ࠒ	
200	Resch	ר	ࠓ	
300	Schin	שׁ	ࠔ	
	Sin	שׂ	ࠔ	
400	Tau	ת	ࠕ	

Literæ finales. 500 ך, 600 ם, 700 ן, 800 ף, 900 ץ.

Numerus ࠉ 10. ࠀࠉ 11. ࠄࠉ 15. ࠊ 20. ࠋ 30, &c. ut Heb.

Item ת״ק 500, ת״ר 600, ת״ש 700, ת״ת 800, תת״ק 900, א̈ 1000, ב̈א 2000, ג̈א 3000, it. ב̈א ג̈א id. נת״ק 3500.

De ratione numerandi vide plura apud *Balmes Gram. Heb. & Jos. Accuratens. Gram. Syr.*

Literæ Rabinicæ.

Ital.	Germ.	Potestas.
א	א	*Aspiratio levis.*
ב	ב	Bh
ג	ג	Gh
ד	ד	Dh
ה	ה	*Spiritus asper.*
ו	ו	*V consonans.*
ז	ז	*Z vel S inter duos vocal.*
ח	ח	*Spiritus asperior. (les.*
ט	ט	*Gr.* θ Th
י	י	*I consona; al. Y.*
כ	כ	*Gr.* χ *al.* K.
ל	ל	L
מ	מ	M
נ	נ	N
ס	ס	*Gr.* ς *Hisp.* X *Ger.* Sch.
ע	ע	*Spiritus asperrim. LXX. nunc per γ, nunc per γς, exprimunt, ut Ἀσγώ,* Gen 13. 3.
פ	פ	Ph *vel* F.
צ	צ	Ts *vel* Ss.
ק	ק	K *vel* Q.
ר	ר	R.
ש	ש	*S acutum, ut in Lat. Sex.*
ת	ת	*Gr.* τ *LXX. per* τ *&* θ *efferunt.*

Literæ Rabinicæ finales.

Ital. כך מם נן פף צץ

Germ. כך מם נן פף צץ

Specimina hujus characteris v. apud *Cl. Buxtorf. Gram. Heb. Maj. p. 659.*

Alphabetum Syriacum. — *Literæ Syriacæ*

Nomen.	Figura. Fine.	Med.	Init.	Duplices.	Nestorianæ.	Estrangelæ.
Olaph	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ	ܐ
Beth	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ	ܒ
Gomal	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ	ܓ
Dolath	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ	ܕ
He	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ	ܗ
Waw	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ	ܘ
Zain	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ	ܙ
Hheth	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ	ܚ
Teth	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ	ܛ
Judh	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ	ܝ
Coph	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ	ܟ
Lomad	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ	ܠ
Mim	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ	ܡ
Nun	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ	ܢ
Semchath	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ	ܣ
Ee	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ	ܥ
Pe	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ	ܦ
Ssode	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ
Cquoph	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ
Risch	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ
Schin	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ
Tau	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ

Potestas eadem quæ præcedentibus. Numerus ܝ & ܝ̈ 10, ܝܐ & ܝ̈ܐ 11, ܝܗ & ܝ̈ܗ 15, ܟ & ܟ̈ 20, ܠ & ܠ̈ 30, ܡ & ܡ̈ 40, ܢ & ܢ̈ 50, ܩ 100, ܪ 200, ܫ 300, ܬ 400, ܬܩ 500, &c. Interdum more Hebr. ܩ 100, ܪ 200, ܫ 300, ܬ 400, &c. ܐ 1000, ܒ 2000, ܓ 3000, &c. ܐ & ܐ 10000, ܒ & ܒ 20000, ܓ & ܓ 30000, &c. Estrangeli hoc faciunt; cum linea supernè & infernè, *ut Æth.* Quænam potestas, s. vera literarum pronunciatio, v. *Balones Gr. Hebr.* 19, 25, 539.

Alphabetum Æthiopicum.

Figura, & potestas. a u i a e y o; breve. long.

Nomen.	a	u	i	a	e	y	o	*ut Heb.*	Numerus.
Hoi	ሀ ha	ሁ hu	ሂ hi	ሃ ha	ሄ he	ህ hy	ሆ ho	ה	1 ፩
Law	ለ la	ሉ lu	ሊ li	ላ la	ሌ le	ል ly	ሎ lo	ל	2 ፪
Haut	ሐ ha	ሑ hu	ሒ hi	ሓ ha	ሔ he	ሕ hy	ሖ ho	ח	3 ፫
Mai	መ ma	ሙ mu	ሚ mi	ማ ma	ሜ me	ም my	ሞ mo	מ	4 ፬
Saut	ሠ sa	ሡ su	ሢ si	ሣ sa	ሤ se	ሥ sy	ሦ so	ס	5 ፭
Ryys	ረ ra	ሩ ru	ሪ ri	ራ ra	ሬ re	ር ry	ሮ ro	ר	6 ፮
Saat	ሰ sa	ሱ su	ሲ si	ሳ sa	ሴ se	ስ sy	ሶ so	ש	7 ፯
Kaf	ቀ ka	ቁ ku	ቂ ki	ቃ ka	ቄ ke	ቅ ky	ቆ ko	ק	8 ፰
Bet	በ ba	ቡ bu	ቢ bi	ባ ba	ቤ be	ብ by	ቦ bo	ב	9 ፱
Tawi	ተ ta	ቱ tu	ቲ ti	ታ ta	ቴ te	ት ty	ቶ to	ת	10 ፲
Hharm	ኀ ha	ኁ hu	ኂ hi	ኃ ha	ኄ he	ኅ hy	ኆ ho	ח	20 ፳
Nahas	ነ na	ኑ nu	ኒ ni	ና na	ኔ ne	ን ny	ኖ no	נ	30 ፴
Alph	አ a	ኡ u	ኢ i	ኣ a	ኤ e	እ y	ኦ o	א	40 ፵
Caf	ከ ka	ኩ ku	ኪ ki	ካ ka	ኬ ke	ክ ky	ኮ ko	כ	50 ፶
Waw	ወ wa	ዉ wu	ዊ wi	ዋ wa	ዌ we	ው wy	ዎ wo	ו	60 ፷
Ain	ዐ a	ዑ u	ዒ i	ዓ a	ዔ e	ዕ y	ዖ o	ע	70 ፸
Zai	ዘ za	ዙ zu	ዚ zi	ዛ za	ዜ ze	ዝ zy	ዞ zo	ז	80 ፹
Yamam	የ ju	ዩ ju	ዪ ji	ያ ja	ዬ je	ይ jy	ዮ jo	י	90 ፺
Dent	ደ da	ዱ du	ዲ di	ዳ da	ዴ de	ድ dy	ዶ do	ד	100 ፻
Geml	ገ ga	ጉ gu	ጊ gi	ጋ ga	ጌ ge	ግ gy	ጎ go	ג	200 ፪፻
Tait	ጠ tha	ጡ thu	ጢ thi	ጣ tha	ጤ the	ጥ thy	ጦ tho	ט	300 ፫፻
Pait	ጰ pa	ጱ pu	ጲ pi	ጳ pa	ጴ pe	ጵ py	ጶ po		400 ፬፻
Zadai	ጸ za	ጹ zu	ጺ zi	ጻ za	ጼ ze	ጽ zy	ጾ zo	צ	500 ፭፻
Zappa	ፀ zza	ፁ zzu	ፂ zzi	ፃ zza	ፄ zze	ፅ zzy	ፆ zzo	צ	600 ፮፻
Af	ፈ fa	ፉ fu	ፊ fi	ፋ fa	ፌ fe	ፍ fy	ፎ fo	פ	700 ፯፻
Psa	ፐ pa	ፑ pu	ፒ pi	ፓ pa	ፔ pe	ፕ py	ፖ po	פ	800 ፰፻

Aliæ syllabæ, non Diphthongi, quia ex sententia doctiss. nullas habent. Hæ semper in analogas variantur ሰሐጠ: f. *Pl. Præt.* ሰሐጡ:

kua	kuy	kui	kua	kue	
ኰ	ኵ	ኲ	ኳ	ኴ	900 ፱፻
ቈ kua	ቍ kuy	ቊ kui	ቋ kua	ቌ kue	1000 ፲፻
ጐ gua	ጕ guy	ጒ gui	ጓ gua	ጔ gue	2000 ፳፻
ኈ hhua	ኍ hhuy	ኊ hhui	ኋ hhua	ኌ hhue	3000 ፴፻

Literæ Amharicæ.

ሸ ሹ ሺ ሻ ሼ ሽ ሾ
ቸ ቹ ቺ ቻ ቼ ች ቾ
ኘ ኙ ኚ ኛ ኜ ኝ ኞ
ኸ ኹ ኺ ኻ ኼ ኽ ኾ
ዠ ዡ ዢ ዣ ዤ ዥ ዦ
ጀ ጁ ጂ ጃ ጄ ጅ ጆ
ጨ ጩ ጪ ጫ ጬ ጭ ጮ

v. Cl. D. D. Jobi. Ludolphi Gr. Æthiop. 3.

Omnes hæ literæ (utpote Australes) more Septentrionalium, leguntur à sinistra dextram versus: Reliquæ sex Orientales contrà, Orientis instar Solis, ab ortu moventur in occasum, à dextra in sinistram. Armeni, Iberi, *&c.* qui cum Æthiopibus hic conspirant, suas et. hâc in re habent rationes. Arabes & Persæ cum his eodem ordine numerant, *ﺍ, ﺏ, &c. v. Grav. Gr. p.* 8.

Alphabetum Arabicum.

Nomen	Figura. Final.	Med.	Init.	Poteſtas.	Numeri.	
Elif	ا ﺎ	ﺎ	ا	א	1	ı
Be	ب ﺐ	ﺒ	ﺑ	ב	2	μ
Te	ت ﺖ	ﺘ	ﺗ	ת	3	ш
Thſe	ث ﺚ	ﺜ	ﺛ	*blæſum* ת	4	ع
Zjim	ج ﺞ	ﺠ	ﺟ	Zj	5	o
Hha	ح ﺢ	ﺤ	ﺣ	Hh	6	ч
Cha	خ ﺦ	ﺨ	ﺧ	*ferè Gr.* γ	7	v
Dal	د ﺪ	ﺪ	د	*Hebr.* ד	8	ʌ
Dhſal	ذ ﺬ	ﺬ	ذ	ד *blæſum*	9	9
Re	ر ﺮ	ﺮ	ر	*Hebr.* ר	10	ı.
Ze	ز ﺰ	ﺰ	ز	*Hebr.* ז	20	μ.
Sin	س ﺲ	ﺴ	ﺳ	ס	30	ш.
Schin	ش ﺶ	ﺸ	ﺷ	ש	40	ع.
Sad	ص ﺺ	ﺼ	ﺻ	צ	50	o.
Dad	ض ﺾ	ﻀ	ﺿ	צ *blæſum.*	60	ч.
Ta	ط ﻂ	ﻄ	ﻃ	ט	70	v.
Da	ظ ﻆ	ﻈ	ﻇ	*blæsè ut* ט	80	ʌ.
Aain	ع ﻊ	ﻌ	ﻋ	*Hebr.* ע	90	9.
Gain	غ ﻎ	ﻐ	ﻏ	*G, quod in gutture effertur.*	100	ı..
Fe	ف ﻒ	ﻔ	ﻓ	*Hebr.* פ	200	μ..
Kaf	ق ﻖ	ﻘ	ﻗ	ק	300	ш..
Kef	ك ﻚ	ﻜ	ﻛ	כ	400	ع..
Lam	ل ﻞ	ﻠ	ﻟ	ל	500	o..
Mim	م ﻢ	ﻤ	ﻣ	מ	600	ч..
Nun	ن ﻦ	ﻨ	ﻧ	נ	700	v..
Waw	و ﻮ	ﻮ	و	*ut Angl.* W	800	ʌ..
He	ه ﻪ	ﻬ	ﻫ	ה	900	9..
Je	ي ﻲ	ﻴ	ﻳ	י	1000	ı...
Lam elif	ﻻ ﻼ	ﻼ	ﻻ			

Ordo literarum apud Occidentales Arabes, *ſ.* Mauros, *v. Erp. Gr. Ar.* 5.

Alphabetum Perſicum.

Nomen.	Figura. Fin.	Med.	Init.	Poteſtas.
Elif	ا ﺎ	ﺎ	ا	*Ar.* ا
Be	ب ﺐ	ﺒ	ﺑ	ﺑ
Pe	پ ﭗ	ﭙ	ﭘ	ut P Lat.
Te	ت ﺖ	ﺘ	ﺗ	*ut Ar.*
Se	ث ﺚ	ﺜ	ﺛ	*ut Ar.*
Sjim	ج ﺞ	ﺠ	ﺟ	*ut Ar.*
Che	چ ﭻ	ﭽ	ﭼ	*Angl.* Ch.
Hha	ح ﺢ	ﺤ	ﺣ	*ut Ar.*
Cha	خ ﺦ	ﺨ	ﺧ	*ut Ar.*
Dal	د ﺪ	ﺪ	د	*ut Ar.*
Zal	ذ ﺬ	ﺬ	ذ	*ut Ar.*
Re	ر ﺮ	ﺮ	ر	*ut Ar.*
Ze	ز ﺰ	ﺰ	ز	*ut Ar.*
Zhe	ژ ﮋ	ﮋ	ژ	Zz Ital.
Sin	س ﺲ	ﺴ	ﺳ	*ut Ar.*
Schin	ش ﺶ	ﺸ	ﺷ	*ut Ar.*
Sad	ص ﺺ	ﺼ	ﺻ	*ut Ar.*
Zad	ض ﺾ	ﻀ	ﺿ	*ut Ar.*
Ta	ط ﻂ	ﻄ	ﻃ	*ut Ar.*
Sa	ظ ﻆ	ﻈ	ﻇ	*ut Ar.*
Aain	ع ﻊ	ﻌ	ﻋ	*ut Ar.*
Gain	غ ﻎ	ﻐ	ﻏ	*ut Ar.*
Fe	ف ﻒ	ﻔ	ﻓ	*ut Ar.*
Kaf	ق ﻖ	ﻘ	ﻗ	*ut Ar.*
Kef	ك ﻚ	ﻜ	ﻛ	*ut Ar.*
Ghaf	گ ﮓ	ﮕ	ﮔ	ut Gh.
Lam	ل ﻞ	ﻠ	ﻟ	*ut Ar.*
Mim	م ﻢ	ﻤ	ﻣ	*ut Ar.*
Nun	ن ﻦ	ﻨ	ﻧ	*ut Ar.*
Waw	و ﻮ	ﻮ	و	*ut Ar.*
He	ه ﻪ	ﻬ	ﻫ	*ut Ar.*
Ye	ي ﻲ	ﻴ	ﻳ	*ut Ar.*

IN nominibus literarum ferè conveniunt Orientales hi omnes, de quorum ſignificatu, & quæ in iis continentur myſteriis, Judæi multa. *v.* Ben Jochai, Alchanna. שערי אורה Ars Cabal. l. 713, 824. De ſignificatu Æthiopicarum *v.* Ach. Venerium, *&* M. Victorium. Hæc nomina גימל׳ טית׳ ריש׳ שין׳ *&c.* originem planè ſapiunt Chaldaicum, potiùs quàm Hebr.

Figura proinde literarum, quæ Hebraica ubique nunc audit, eſt extra dubium Chaldaica. *v.* Cl. Geth. Harm. Ling. Or. 16. Capelli Diatr. Altredz. Antig. d. Eſpañ 147.

Sex habent Hebræi, & in MSS. multò plures, literas dilatabiles, אהלםתת (rariùs hoc ult.) quia voces ſub lineæ finem dividere non ſolent: quod Æth. & Syris in uſu eſt, præſertim in MSS. *v. Alpheſ. H.* ס׳ תורה 148 2. Syrorum literæ ex utraque parte ligabiles, [Syriac] Et ex una tantùm [Syriac] Quædam aliquando longiùs producuntur ـــد etiam Arab. الـ

Perſæ quatuor habent literas, *Pe, Che, Zhe, Ghaf*, ab Arabicis planè diverſas, quarum tres illis cum Turcis ſunt communes, *Pe, Che, Ghaf*, etiam quàm ſæpiſſimè prout ſui ſimiles, *Be, Zjim, Ze, Kef*, indifferenter occurrunt, ſcribunturque. Quin ad exprimendas voces exoticas *ſ.* peregrinas, vel ſaltem ab iis deductas, (ut ጰ & ፐ apud Æthiopes, *v. Lexic. Æthic.*) frequenter inſerviunt. Sic voces cù پا & پي incipientes non paucæ, aliquid

quid ad pedem f. ... ranum (quæ anterior est pes) pertinens denotat. چلیقی Catholicus, چیرا *Gal.* Chose, چیلە *Gal.* Sou flet, چیرسي Zirbus, جکر Jecur, چرا Quare? زنکاه Cento, زنکار Σκυα ά, ژك *i. q. Ar.* شکا Sic et. کاو Γαῦ, ژاژه , ژنكان, *Casa.* Hoc idem cæteris etiam est commune; at peculiare magis illud, cum tribus Turcicis literis, atq; hujus generis voces haud paucæ in hanc linguam se ingesserunt.

Ventri literarum apud Hebræos & Chal duo inscribuntur puncta, *Dagesch* & *Mappik*, Syriacæ illud, (v ...) hoc Chal. originis, à נפק Usus igitur recentioris *Dagesch* est vel Lene, quod literas ב ג ד כ פ ת indurat, בּ *b*, גּ *g*, דּ *d*, כּ *k*, פּ *p*, תּ *t*, quorum Rafata potestas, *bh, gh, dh, &c.* vel Forte, quod literas geminat, לִבּוֹ libbo, *cor ejus.* Omnibus accidit, exceptis Gutturalibus. In initio dictionis, & in medio, post Sheva quiescens, est Lene: in medio, post vocalem brevem, aut longam, est Forte: *it.* in fine, nisi ante finalem *Begadkephath* *scheuatam* aliud Scheva quiescens præcedat, *ut* נֵרְדְּ *Nerd*, ܒܙܐ *Bazt.* Tam apud Syros, quàm Hebr. compensatur defectus literæ per Kushoi, ܬܕܓܠ à ܕܓܠ *fraudabitis*, cum Ruchoch, ܬܛܠ à ܛܠ *Prohibebitis.* Ut H. *Dagesch* forte in Nominibus רַבִּים *&c.* Sic Sy. *Kushoi*, ܪܒܐ ܓܒܐ *Rabo, Gabo*; ܟܠܬܐ *Kaltho*, ab Heb. כַּלָּה literæ defectū connotat. Punctorū apud Syr. usus in Verbis, v. in Tab. Conjugationū. Notæ sunt et. Pl numeri. Duplex punctum supra *Resch*, interdum notat literam, & primā præteriti, *f.* Fut. vel Benoni, *ut* ܩܪܝܬ *Kryt*, Vocavi; non *Krait*, Vocâsti.

Ebræorum Dagesch forte, Chald. Syr. Æth. Arabibus & Persis per Nun resolvitur. מנדעא *pro* מדעא & קנצי *pro* קצי. Ex Heb. אתם. אנתם *Syr.* ܐܢܬܘܢ ; *Æth.* ... : *ex* אבוב , חטה , טבור ... ab hoc ult. Pers. ... & ... : à Chal. ... שבא *i. q.* שבת. *Mappik* est punctum educens literam ה in fine, & ו in medio, è quiete in motum, *ut* רַגְלָהּ צִיּוֹן גָּבְהָּ pes ejus, f. Hoc olim per Raphe, Zach. 5. 11. לָהּ Exod. 9. 18. הִוָּסְדָהּ Sic & Chal. & in m. g. רגלה In verbis perit, sequente vocali, *ut* גבהו Syri punctum illud supra ponunt cum *Pthoho* ... *Ar.* ة punctatum, sonum ת *Te* habet.

Samaritani lineolā supernè, loco Dagesch interdum usurpant. Syris est punctū supra ܩܘܫܝܐ quod (Dagesch lenis instar, & ex illius legibus) indurat; infra ܪܘܟܟܐ quod mollit: literam autem geminant nullam.

Æthiopibus in usu est geminatio literarum, at nullā notā indicatur. 1. Nomina formæ ... *gybbur.* 2. Elisio literæ ... *Nedda, pro* ... 3. Secunda pl. Præter. masc. penult. geminat, ... *gabarkymmu. v. Gr. Æth. I. L. 10.*

Arabibus, Persisque, Tesdid supernè positum literas omnes, non exceptā *Elif*, ut سالار سلام راس duplicat; cui est hæc figura (ّ) Mauris autem hæc ۸, vel v, vel ۸, (quæ rariùs) *dicitur hoc* Tesdid Necessarium. 2. Tesdid Euphonicum, idque triplex: Initiale, quod initialibus literis لويمر imponitur post Nun expressè Giesmatum مِنْ رَبِّهِ *Mirrabbihi, vel* latitans in vocali Nunnata, بيتٌ مقدس *beitom mukaddason.* Apponitur et. cuivis non Gutturali immediatè positæ post sui similem Giesma affectam, مِنْ نِسَائِهِم *Cor. Surat.* II. 269. بَلْ لَهُ 116. v. v. 60, 83. aliàs absq; مِنْ نَذْرٍ 224, 226. مِنْ نَاصِرِينَ III. 21, 54, 90. Deltale, quod adscribitur ت post د (& interdum, rariùs autem post ذ) قصدت Lamdale, apponitur literis Solaribus post Art. ال *ut* الرَّبُّ *Arrabbo*, اللّٰه *Allaho*, ubi ل post ل Articuli sæpè perit. اللَّيل *pro* الليل Idq; semper in Pron. Relat الَّذِي الَّتِي & cum Articulo præfigitur ل Dativi casus, لِلّٰه *pro* لالله

Literis Arab. atque Persicis, necnon Turcicis, apponuntur quoque aliæ figuræ, *sc.* (ْ) quæ *Giesma* vocatur, & indicat literam illam cui superscribitur cum præcedente vocali copulandam esse, & more Hebr. Sheva compositam efficere syllabam, *ut* ברם Literis اوي quiescentibus minùs bene appingitur, nisi radicales sint, & naturâ suâ mobiles, *ut* يَامِن يَولِدُ Persis interdum duplex, at priori literæ sufficit superscribi, *ut* جنك *Zjenk.*

Hamza (ء) est servus literæ Elif mobilis, *ut* أ appositum ... Elif vocali destitutum, indicat id esse radicale, adeóque naturâ mobile, يأمن *it.* in medio & fine post literam giesmatam, *f.* literas اوي usurpatur pro Elif, idemque in pronunciatione valet, *ut* يسأل *pro* يسال اول *&c.* شيء ماء Literis و & ي superscriptum, eas vicarias esse ... Elif naturâ mobilis indicat, ارزيامن *pro* ... يومن Medda (~) apponitur Elif quiescenti ante ء, idque producit, سماء *Samâon*; *it.* dictionū compendiis, ut Heb. ... *Sic* ... *pro Ar.* טרף *ut Heb.* הק׳ *pro* הקדש. *Wesla* (ٱ) Elif (cui soli inservit) vocali privat, & subsequentem Giesmatam cū vocali præcedentis dictionis unit, قلبُ ٱلْمَلِكِ *kalbolmeliki*, بِٱبْنِكَ *bibnika.* Elif Unionis *dicitur*, estq; triplex; Verbale, Quod Imperat. I. Conj. præfigitur, اُنْصُرْ اِضْرِبْ & quod Præteritis Activis Imper. & Infin. Conjugationum secundæ & tertiæ classis pro characteristica est, اِنْصَرِفْ اِسْتَصْرِفْ 2. Nominale, in his decem, اِمْرَأَةٌ اِمْرُؤٌ اِبْنٌ اِبْنَةٌ اِبْنُمٌ اِثْنَانِ اِثْنَتَانِ اِسْمٌ اِسْتٌ اَيْمُنٌ 3. Articulare, ال & Excip. ال & اَيْمُن & Verbale cum Damma, omnia Elif Unionis extra unionem, Kesram possident, licèt adscriptam non habeant; اوي quiescentes non obstant Unioni, مدينة استطاب *Medinaton istetabat.* نصروا الملك *Nasaroul melika.* Ob eam Affixa ي & ني assumant Fatham, كتابي العظيم *Kitabia ladîmo.* Et Giesma præced. mutatur in Kesra, ضربت الام *Darabati lommo.* In مِن in Fatham mutatur, مِنَ ٱبْنِكَ at مِنْ in Kesram مِنِ ٱبْنِكَ Terminationes verbales تم & وا it. Affixa هم & كم adsumunt Dammā, عروا العدو *pro* عرو His legibus non subjicitur Elif Unionis initio sententiæ, nec post Art. ال positum. Elif Unionis, & Wesla, non habent Persæ.

Potestas est literæ Syriacæ aliquando duplex; ܐ sequente also in initio, & fine, Syri ut Jud efferunt, ܐܘܪ *Ojar*, ܡܠܝܐ *Mloyo.* Sic & ܘ in Benoni Quiescentium Waw, ܩܐܡ *Soyem*, ܩܐܡ *Koyem.* *Chaldæis* שאר & שאף, שיף & שיר *&c. pro eodem sunt*, fortè eodem etiam modo efferunt.

Quiescit etiam aliquando literarum potestas. ... quæ verior punctario Chal. & Sam. טאב באב Sic ܝ in initio dictionis, ܝܬܒ *Itheb.* ܝܗܒ *ieph.* Chal. יהב *ihabh*, יתב *ithabh.* Sam. ... *itham.* Lingua Syriaca optima est ac certissima Regula punctandi tam Chaldaica, quàm Sam. *Hinc* ... *id.* ... & ... ܘ sequente ܘ pronunciatur ut *Olaph*, ut ... *Ohno*, ... *thadh*, ... *Vbdono.* Quæ literæ quiescunt, & quando, *v. Ger. Harm. L. Or.* 12.

Ar. He cum duobus punctis, ة ut T, effertur, & f. gen. item q; plurale designat. *Ar.* *Nun* ante Be sonat ut Mim, عنبر *Ambaro*, مِن بيت *Mimbeiti*, ante لويمر sonum accipit sequentis, مِن ربّ *Mirrabbin*, مِن ليل *Milleilin.* Ante reliquas, sonat ut *NG. f.* Turc. ڭ ut انزل *Angzala*, مِن طين *Mingtinin.* Ante ق & ك manifestior est, ac fortior hic sonus. منقلب *Mungkâlabon*, مِن قلبه *Mingkalbihi*, مِن كفر *Mingkefara.*

Æthiopes

Æthiopes ዐ ut አ sæpe sine ulla discrepantia usurpant. ሰእለ: & ሰዐለ: ሊይ ድአ: አይድዐ: ጠዓአ: & ጠዐዐ: per ዐ; sua etiam formant tempora, ዐገ ብር: *faciam pro* አገብር: Sextam Classem. *Cl. IL.* ab initio vocis per ግ exprimit, *ut*, ፈጠር: *fythur*. In medio quiescit, መትእል: *Mâtcal*, & prima tonum habet. Post particulas, movetur በፍትር: *bafykr*. በዝ: *bazy*. Fœminina adjectivorum formæ ግብርት: lege, *gybrt*. ቡርክት: *burjkt*. አንስት: *anyst*. ሐብስት: *hybust*: Sic etiam Futurum Activum, cujus media radicalis est sonans, & tertia sextæ classis, ኢገብር: *ygabr*. Si prima sextæ in Indicativo ይሚህል: *ymyhyl* in Subjunctivo *ymhyl*. Post longam movetur, ሳድ ስ: *Sâdys*. Post Affixa ቦ & ኒ movetur, ልብየ: *lybyja*. Duæ hujus classis literæ in fine vocis (instar Hebr. Scheva, cujus legibus permultum conformatur) quiescunt, ምድር: *mydr*. ትፍሥሕት: *tyfsyht (al. tfsêhet)* መጋብርት: *magâbyrt*. *IL*. Denique movetur semper post vocales magnas, quales sunt omnes præter primam & sextam, & ante ultimam dictionis; quia omnis penultima longa; ut aliqui volunt.

Divisiones Literarum. Sunt vel Gutturales, אהחע *Hebr. Ch.* ܐ ܗ ܚ ܥ : ܂

ሀ ሐ ኀ አ ዐ: ዐሐኀሀአ: ءحخهع *Arab. & Pers.*

Linguales, דטלנת *Hebr. Ch.* ܕ ܛ ܠ ܢ ܬ *Syr.* ࠃࠈࠋࠍࠕ *Sam.*

ተ ደ ኑ ለ ጠ ደ: *Æth.* ذ ت ث د ط ل ن & ظ *Arab. & Pers.* Literam ר huic organo retulimus, *Primo, quia* Cui non est Lingua, non pronunciat eam; at cui Dentes, pronunciat. *Secundo, quia* Alternat sæpius cum cæteris Lin-

gualibus: *sic* דארא. ראה & נהר: نهر ترك برك دورنيم. ירורנים *i. q.*

رضا طلخا & طسن رن طس رش *id.* אלמנה ארמלא & עיר ... ברבן & ... *flagellum* κρέβαλον, κλίβανον *id.*

... & ... מטמון מטמור *id.* ... & ... *id.*

Palatinæ, גיכק *Hebr. Chal.* ܓ ܝ ܟ ܩ *Syr.* ࠂࠉࠊࠒ *Sam.* ገየከቀ:

Æth. ج غ ك ق *Ar. Pers. It. his, atque Turcis* گ

Dentales, זסצשׁ *Hebr. Chal.* ܙ ܣ ܨ ܫ *Syr.* ࠆࠎࠑࠔ *Sam.* زسشص

Arab. & Pers. & *his* ژ

Labiales, בומף *Hebr. Chal.* ܒ ܘ ܡ ܦ *Syr.* ࠁࠅࠌࠐ *Sam.* በወመፈፐ:

Rabb. אֱגוֹז Nux. *Pl.* אֱגוֹזִים & אֱגוֹזִין *unde* גל של אגוזין Cumulus nucum; *sic vocatus erat R. Tarphon, quod sicut una nuce ex cumulo composito ablata reliquæ convolvuntur omnes, sic R. ille, cum proponeret ei discipulus quæstionem aliquam, afferebat ei responsionem ex Scriptura, quam cum discipulus acciperet, adjungebat statim & simul alias ex Medrash. ex Mishna, ex Halacha & Agada. Gittin f.* 67. 1. *Bx.*

Æth. እግዚእ : Dominus. *Pl.* አጋእዝት : Ps. 109. 1. Apo. 17. 14. አጋእዝት : Luc. 16. 13. *de* Hominibus *dicitur* Ps. 104. 19. Ps. 122. 2. Mat. 25. 19.

እግዚአብሔር : *qs. d.* እግዚእ : ብሔር : Dominus *universæ* regionis: *sive* እግዚእ : አብ : ብሔር : Deus pater optimus. *Soli Deo tribuitur: & in MSS.* እግዚእ : & ብሔር : *per duo puncta ab invicem distinguuntur.*

እግዝእት : Domina. Psa. 122. 3.

Ar. X. استاجر Incurvato capite vel corpore recubuit obliquius in cervicali; non autem dorso innixus fuit *vel* omnino discubuit. *cca* علي.

أجر Decubitus corporis in latus contorti.

اجر Conditores computorum; *sc. ita vocant* residuum anni Juliani, *hoc est,* quadrantem. *R.*

אנח אנח *v.* נגח.

Ar. أجاح , إجاح & أجاح *qs. Rabb.* איגא Velum, operimentum.

אנט Ch. אגיטין, Codicilli, literæ quibus uni legatur pars aliqua hæreditatis, ac simul prohibetur, ne præterea quid petat, vel capiat, quod alterius est. *Sic Abraham dedit Ismaeli suum, & Isaaco suum, nec poterat Ismael quicquam capere quod erat Isaaci. Sanhed. f.* 91. 1. *Legitur &* לגטי *&* לגיטין *qs. à Lat.* Legata. *Bx.*

Syr. ܐܓܛܐ Eviratus altero testiculo. *F.* ܐܓܝܘܛܣ Ἁγιώτατος. *B. B.*

Ar. اجط Vox arcentis & abigentis pecora.

אנל אֶגֶל m. Gutta, Stilla. *Pl. Conft.* Job 38. 28. אגלי 70. *non male vertunt* βώλους glebas: *Al. addit* συνοχὰς coagmentationes, congregationes (*unde* ἀγέλη) collectiones, quæ coeunt super herbas, *ut verbis utar Abrahæ Perutsol; qui apposite non ad hanc tantum versionem, sed ad verum hujus vocis sensum ulterius tradit,* אגלי *id. e. quod* נלי; *ut* אורע *alibi pro* זרע *ponitur.*

Suffragatur Ar. اجل Collegit, congregavit. *Nec multum abludit Æth.* ተአገለ : Circumvenit.

Ch. אֲגַל Sordidavit, inquinavit. *Talm.* עליית אגלים Cœnaculum guttarum, *vel* collectionum. חנינה *f.* 12. 2. *ut* בית דילפה *etiam vertunt. L'Empereur C. Midd. p.* 156.

אגלא Nomen Dei Cabalist. *compositum ex primis literis harum vocum,* אתה גבור לעולם אדני Tu potens es in seculum Domine.

אגלינין Chirographum debiti. *Beres. rab. s.* 28. *init.*

אנגלין & אנגלינין Angeli. *D. P.*

Syr. ܐܓܝܠܘܦܐ Oculi vitium, αἰγίλωψ. ܐܓܝܠܘܦܐ & ܐܓܝܠܘܦܐ & ܐܓܝܠܘܦܐ Αἰγίλωψ, *Avicen.* Duffar ܐܓܝܠܘܦܐ 214. *v.* דסר *Ar. Ir.* Alkali fullonum: *per* اسلا *exponit B. B.*

ܐܓܠܝܦܣܝܣ *Pl.* ܐܓܠܝܦܣܐ *f.* Ecclypsis.

ܐܓܠܐܘܦܘܛܝܣ Αγλαοφῶτις, Stella terræ. *Ar.* الطلق *B. B.*

Sam. ࠀࠂࠋ Visus est, apparuit. *Pl.* Gen. 8. 5.

Æth. አገለ : *i. q.* פלוני *H.* فلان *S.* Quidam, quispiam. Matth. 26. 18. *In libris sacris ponitur, cum nomen proprium Imperatoris, summi Pontificis, vel Episcopi esset exprimendum: ut,* Memor esto ለንጉሥነ : አገለ : Imperatoris nostri N. *Miss. Æth. p.* 161. 2. *li.* 15. & 11. *p.* 159. *li.* 32.

VI. ተአገለ : Circumvenit, inique, avarè tractavit, oppressit, in servitutem redegit, alteri detrimentum fecit. *Af.* 1 Thes. 2. 5. *Fu.* Matth. 5. 40. & ይትዔገሉ : *sic semper in Psalt. cum Ain.* Ps. 34. 11. Ps. 71. 11. Ps. 118. 122. *in N. T. semper cum* አ : *Imp.* Luc. 3. 14.

ትእግልት : Avaritia. Psa. 71. 14. Psa. 118. 36. ትዕገልት :

ተአጋልያን : Mancipantes, imponentes, in servitutem redigentes. 1 Pet. 1. 18.

መስተአግል : Avarus. *Pl.* መስተአግላን : 1 Cor. 6. 10.

እጓል : Infans; pullus, catulus, juvencus. *Utriusque numeri & generis est. Usurpatur de homine,* Joh. 16. 21. *deque omnibus animalibus,* Ps. 16. 12. Ps. 146. 9. *It.* እጕለ : & ዕጕለ : Cant. 4. 5. c. 7. 3.

እጓለ : እመሕያው : Homo, homines. ውሉደ : እመሕያው : filius hominis. Mar. 2. 28. ደቂቀ : እመሕያው : filii hominum. Ps. 4. 3. እጓለ : ሞውት : Pupillus; pupilli, orphani. Ps. 81. 3. Ps. 67. 5. Ps. 93. 6.

እጕልት : *i. q.* ܥܓܠܬܐ Juvenca, vitulus: *utriusque numeri, ut* እጓል : Heb. 9. 13. Ps. 67. 33.

Ar. اجل , أَجَلَ , Terminum posuit & concessit. *potius in* 2, II. 2, *Fut.* O. Conclusit, continuit, detinuit; & *hinc* Prohibuit, impedivit. *cca.* Remoratus fuit, stitit. *v.* 3, II. 3, *gener.* Movit promovitque ceu ad terminum *spec. mali quid Fut.* O. I. Excitavit, provocavit, concitavitque *in illum, litem tumultumve. cca &* على *p. qs. ab* ἄγειν *vel* عجل impellendo *vel* accelerando; 4, *Boni quid c* ل *p.* Lucratus fuit, collegit, adduxit, *ut negotiando fit,* & studuit operamque navavit. *Convenit utcunque cum* ἀγείρειν & ἀγοράζειν. *Et præter. media* I. 5, Malè habuit, ægrotavit ex dolore colli, eumque contraxit: ægrotum reddidit. 6, Procrastinavit, distulit, moram traxit. II. Medicatus fuit dolorem colli, & medicinam illi fecit. 2, Distulit: spacium ac tempus concessit ac præscripsit. *c a p.* & في *r.* & الي *temporis. Pass.* أُجِّلَ مدة, Prorogatum fuit tempus. 3, Congregavit, collegit in unum locum, *uti aquam.* III. *i. q.* 2, I. Moram injecit. *&c.* V. Pervenit ad præstitutum terminum & finem, propositum scopum. 2, Collecta, congregata & detenta, conclusa fuit *aqua.* In agmina divisi fuerunt, *vel* catervatim convenerunt *boves, oves, cervi: qs.* ἀγέλη θεν, *vel potius* ἀπὸ τ' ἀγέλης. X. *Intrans. i. q.* V. Perv. ad præst. ter. & fin. Convenit in unum & confluxit *cœtus hominum.* 2, *Trans.* Petiit spacium temporis: rogavit concedi sibi moram. *c a p.* & في *r.* & الي *temporis.*

يَاجَلُ *pro* يَوجَلُ , Timet. *v.* وجل.

أَجَلَ *Act.* 4, I. 2, Causa, gratia: *uti* مِنْ أَجْلِكَ , أَجْلاكَ & لاجلك Tui causa, propter te. Gen. 12. 13. Psa. 68. 8.

الاجل أن eò quod. Psa. 31. 4. Psa. 107. 17. *Ro. qs. Hebr. & Ch.* בגלל.

أجل *Pl.* آجال , Idem. 2, Agmen boum sylvestrium, *s.* montanarum, *quæ ex cervarum sunt genere.* 3, Dolor cervicis, *qualis ex obliquo & incommodiore decubitu oriri solet.* 4, Finis. Gen. 4. 13.

أَجَلْ *i. q.* نعم , Bene, imo, maxime. *Sed præstat, si fine interrogatione dicatur, Abi tu, vel abibis, per prius, ut magis affirmans, respondere: per posterius verè, si quæratur, An abibis tu?*

أَجَل *Pl.* آجال , أَوْجَال *Act.* 5, I. 2, Spacium temporis & duratio: Tempus præfinitum.

ابن ادم قصير الاجل طويل الامل

Homo brevis est vitæ & longæ spei. 3 Præfiniti temporis

temporis termi- ضربت له اجلا Præfixi il nus & finis; *ut* li certum temporis

عند الاجل Dicto tempore, ad terminum. præstitutum diem. 4, *cum articulo pec.* Terminus vitæ. *Avic. in Can. præfat.* *Qui ex Arabum sententia cuique fixus:* Fatalis meta: *& ipsa* Mors. من جري في عنان

امله قد عثر في اجله Qui currit laxata spei habena, cæspitat ad fati metam.

إجل *&* أجل *pro* ايل, Cervus *f. potius* Cervorum agmen, *aut Collect.* Cervi.

آجل *Ag.* Spatium temporis & moram concedens. 2, Procrastinans, moram trahens, differensque. Lentus. 3, Revertens. 4, *cum artic. i. q.* الآجلة *seq.*

أجيل *i. q. præc.* 2. *Et* Dilatus, procrastinatus. 2, *i. q. seq. Part. V. pec.* Collecta in unum locum *aqua.* Congestus *limus.*

أجيل *Nom.* Viri, *Patris Zaimi asseclæ Muhammedis.*

اجلة *Nom.* Pagi in Jemáma Arabiæ parte.

الآجلة Vita futura & æterna, *cuique præfixa, licet differri videatur, quæq; semel cœpta terminum nullum habebit.* Tempus quod hanc sequetur vitam. 2, Quod ad eam spectat. *v.* اثر الاجل وذر الاخرة.

(*Oppos.* العاجل) Elige quod cœleste est, spirituale & æternum; & relinque quod (caducum) terrenum & corporale est.

أجلي *Nom.* loci compascui.

مأجل, *Pl.* مآجل, موجل, Stagnum. Piscina. *f. potius* Locus ipse ubi aqua confluit & consistit. *qs. ab Hebr.* גל.

متأجل *Part. Conj.* V. Conveniens in unum. Congregatus.

تأجيل Tempus præfinitum. Gal. 4. 2.

אגם אֲגַם *m.* Stagnum, palus, dis; arundo, juncus. Isa. 35. 7. *Const.* Psa. 114. 8. *Plur.* אֲגַמִּים Jes. 42. 15. Jer. 51. 32. *Const.* Jes. 14. 23. *&* 19. 10. אגמי נפש Stagna animæ, *sive vitæ, h. e.* Vivaria, piscinæ. *At* 70. *Ar. Abravanel aliique hic exponunt ex usu Ch. i. q.* אגומי anxii tristes animo. *Af.* Ex. 7. 19.

אַגְמוֹן Juncus; carectum, *à Stagnis in quibus crescit.* Jes. 9. 14. *&* 58. 5. Restis ex juncis facta: *Aliis,* Uncus, hamus. Job 40. 21. Ahenum magnum *plurimum continens aquæ, parvi cujusdam stagni adinstar.* Job 41. 11.

Ch. אֲגַם Tristatus est, in angore fuit. (*Ab Heb.* עגם *commutatis gutturalibus*) Ps. 119. 28. *cum* Job 30. 25. *item Rab.* Ivit, abivit. אגמי *Gr.* ἄγομαι. אגומין ἄγομεν eamus. *Bresh. rab. sect.* 78.

אגום, אוגם Tristitia, anxietas, agonia.

אֲגַם Stagnum, juncus. *Pl.* אַגְמִין Jes. 42. 15. c. 35. 7. *Emph.* Ex. 8. 5. Jer. 51. 32.

אגמון i. q. *Heb.* Jes. 58. 5. *Item,* ἡγεμὼν Dux, præses. *C L.*

Syr. ܐܓܡܐ Stagnum, lacuna. *Pl. Af.* Exo. 7. 19.

ܐܓܡܘܢܝܘܬܐ ἡγεμονικὴ, Præfectura, administratio.

Ar. أجم *pro* أجج, *Act.* أجم, أجيم (*hoc etiam,* accendi) Arsit *ignis.* Ferbuit *dies.* *Hinc* Iratus fuit, excanduit. *cc* على 2, Adegit ad illud, quod ingratum fuit ac displicuit. Coegit. *cc* على *r. qs. Transit. sign.* 5. 3, Ingressus fuit paludem, *f.* arundinetum. Confugit illuc. 4, Quietem dedit jumento. *Et Præt. media* I. 5, Fastidivit *cibum, res alias ex frequentiore usu,* nauseam concepit. *&* Tædiosum *quid* habuit, pertæsus fuit: *c c a. qs. pro* وجم nauseavit, abhorruit; *vel Ch.* אֲגַם Tristatus fuit. 6, *intrans.* Mutata, alterata, corrupta fuit *aqua qs.* fœtore peperit nauseam, *vel v.* أجن. V. *i. q.* 1, I. accensus fuit *ignis, &c.* تاجم عليه وتاطم Excanduit in illum, & ægritudinem ac molestiam animi concepit.

أجم *Act.* 5, I. 2, *i. q. Heb. & Chal.* אגם Arundinetum. *f. potius Pl. aut Coll.*

اجمة *seq.*

آجم *&* أجم *Ag.* 5, I. Fastidiens, *&c.* tædio affectus.

الأجم *Nom.* loci in Syria prope Damascum.

أجم *Pl.* آجام, إجام, أجم *In genere,* Ædificium quodvis quadrangulare tecto plano coopertum. 2, Castellum. Munimentum *viarum.* Arces. 3, Sylva & saltus leonum. 4, *cum Articulo pec. Nom.* arcis in urbe Medina.

أجوم *i. q.* وجوم, Gravis homini, ingratus, fastiditus.

أجمة *& cum* م *Tesdid. qs. Nom. Unit. Pl.* أجمات, أجوم, إجام, أجم *al. Pl.* آجام Arundinetum: palus, *congregatio aquæ,* Ps. 106. 34. Ps. 113. 8. *Ro.* Asylum, refugii locus, *uti arundinetum est feris. It. Pl. tertium* Ranæ, *qs. palustres, & in arundinetis & paludibus viventes.*

اجمي Palustris *R.* Lacunalis. *Int. Avic.* iiij f v j r i j 9. i f i j d i j s j c 16.

أجامي Idem. *Avic.* i j r i j 7. *Ar.*

אגן אַגָּן *m.* Pelvis, crater, scyphus. Cant. 7. 2. *Plur.* אַגָּנוֹת Exod. 24. 6. Jes. 22. 24.

Chald. אַגַּן Id. Jes. 65. 11. *f.* אַגַּנְתָּא Esth. 1. 2. *in secundo Targum.*

אגנא, אַגַּנְתָּא Id. *Pl.* אגנות *Rab.*

אגנא Mactra, vas capax. *Taanith. f.* 25. 1.

אגניא Fossæ, lacus in agris ad recipiendas aquas superfluas. Jud. 4. 11. *Const.* אֲגָנֵי. *Bava kama f.* 61. 2.

אוגן, אֹגֶן Manubrium, ansa, ora vasis, *It.* Labrum *&* extremitas ejus. *Du.* אוגניים Duæ ansæ. *Pl.* אוגנים Lignum latum ex una parte quo ducitur navis.

אונן Cupa, labrum, lacus *vas. Berac. f.* 22. 1.

אוגנא Circulus, orbis. Cant. 7. 2. *Plur. const.* אַגְנֵי 1 Reg. 7. 41.

אגון *Gr.* ἀγὼν.

Syr. ܐܓܢܐ Crater, lagena, hydria. Cant. 7. 2.

ܐܓܢܬܐ *f.* Patina. *Plur.* ܐܓܢܐ Joh. 2. 6.

ܐܓܢܐ ܩܕܝܫܐ Spiritus sanctus. *B. Serushai apud B. B.*

ܐܓܢܬܐ ܙܥܘܪܬܐ Laguncula, hydria parva & affabre facta.

ܐܓܘܢܐ Ἀγὼν, ἀγωνία, certamen, sollicitudo. Sap. 4. 2. 1 Cor. 9. 25. Coloss. 2. 1.

ܐܓܘܢܣܛܐ Agonista. *Pl.* ܐܓܘܢܣܛܐ *&* ܐܓܘܢܣܛܐ Ps. 64. t. Ps. 117. t. Psal. 141. t.

ܐܓܢܛܝܘܣ Ignatius.

ܐܓܢܛܝܘܣ Pica. B. B.

ܐܓܪܓܝܣܝܣ Ἀραγνάσις.

Sam. אהל Tabernaculum. Gen. 24. 67. Deut. 31. 14. c. 33. 18. אהל Id. Gen. 18. 6. c. 32. 38. Deut. 31. 15.

אהל Protectio. Deut. 32. 38. *Pertinent ad* אגן.

Ar. أجن *Act.* أجون, أجن, أجن *Fut.* O. I. *& media* *Præt.* I. Alterata mutato sapore & colore, corrupta fuit: Fœtuit, fœtorem contraxit *aqua.* 2. *Trans. pro* وجن Contudit *pannos, uti fullones & lotores ad expurgandas sordes.*

أجن *Ag. &* أجون Fœtescens, corruptus *f.* ad corruptionem vergens; putrida, olida *aqua. Avic.* j f i j d i j s i c 9. *Malè Rom.* الأجن.

أجنة *pro* وجنة, *primis* ا *&* و *etiam Kesr. & Dammatis,* Gena, γένυς *f.* pomum maxillarum, superior ac prominentior malæ pars, oculis & temporibus proxima.

إجانة, إجانة, إجانة, *vulgo,* إجانة, *Pl.* أجاجين Lagena, 1 Reg. 7. 27, 29, 30, 31, 38. 2 Reg. 25. 17. phiala, crater. *Hinc vulgo* Fingiana *calix.* Urceus: hydria. Vas dimidiæ feriæ simile, *in quo aqua & similia ponuntur.* Labrum *f.* vas lapideum instar pelvis, in quo lavantur vestes. *v. Ch. & Syr.*

ميجنة Tudes *f.* lignum, quo fullones aut lotores contundunt vestes ad eluendas sordes. *Quidam sine Hamza à Rad.* وجن: *nam Pl. est* مواجن.

אנם Ch. אֲנַס Calumniatus est, rapuit. *D. P.* נלאים *&* אונאים *Pl.* אנסין Pyrum, f. 21. 2. עוקצים f. 159. 2.

אַנְסְטוֹן Decimator, qui decimas, aut quoscunque proventus, agro alicui impositos, recipit. *Sanhedr.* f. 25. 1. *Glossa.* שכיר Mercenarius. *It. interpretatur* ארים hortulanus. *Aliis etiam* Angaria.

אוגוסטלא *&* אגוסטור *&* אגוסטוס Augustus, Cæsar, imperator; Augustulus. *Bresh. rab.* c. 12. Ps. 10. *&* 17. *in Midr.*

אגוסטא *&* אגוסטא Augusta, imperatrix.

אוסטרון *&* אגסטרון Gr. ἐξίτηριον, Salutatio in discessu; oratio quæ habetur in digressu alicujus. *Midras Till.* Ps. 84. *&* Ps. 102. *It.* privilegium, *sc. a Cæsare concessum. Midr. Til.* Ps. 86.

Syr. ܐܢܣ Coercens, cogens, angarians. *B. B.*

ܐܢܫܐ Vir alterius sororis. *F.*

Æth. ኀረረ *v.* ኀረረ.

Ar. الأجاص Pruna, um. *Avic.* iij f i r iij 4. *Ar.* 3, *Int. Ajas, Aguas, f. Agias, Almegie. v.* اجاص.

אגע Ar. يوجع *pro* ياجع, Dolet. *vid.* وجع.

אגף אגף Ala. *Met.* Exercitus: *ut Latinis* Alæ militum, *i.e.* turmæ equitum, *quod Pedites tegant alarum vice. Tantum Pl. cum Aff. usurpatur, idque in Ezechielis proph. septies,* c. 12. 14. c. 17. 21. c. 38. 6. *bis,* 9. 22. c. 39. 4.

Ch. אֲגַף Ala *Pl.* אַגְפִין *Conf.* Cant. 5. 11. *Rabb.* Brachium, axilla, *Schab.* f. 129. 1. *Moed. Kat.* 24. 2. *It.* Ripa, littus. *Bava bath.* f. 99. 2. *It.* locus clausus, *vel* qui januis claudi potest. *Pesach.* 7. *Mish.* *Cujus significatio est a* נפף. *Aliis,* Sera. Liminare.

Syr. ܐܓܦܐ Lupina. *B. B.*

ܐܓܦܝܐ Helenium. *v. Avicen.* ijrij 650. *Ar.*

ܐܓܦܣܛܐ

ܦܢܘܡܐ ܕܩܘܕܫܐ Spiritus sanctus, ἅγιον πνεῦμα. [ב. pro

Ar. اجن v. الاجفى.

ܐܓܦܐ Scutum. *Schindl.* pro ܐܓܦܐ

אגץ Ar. اجاص (اِجّاص, & *fere cum* ا *vox prima, Syriæ & Ægypti vulgo, quod Arabica vernacula utitur, significat* Pyra, *quæ Arabibus* كمثري *a Pers.* اجاس. *Coll.* Pruna. *Avicen.* ijtij 40. *Ar. pec.* nigra *s.* Damascena; *a colore & forma Andalusiis* عين البقر Oculi bovis: *at* alba *s.* cerea المشمش regia pruna *dicuntur voce origine Persica.* 2, *i.q.* شاهلوج

Chrysomela, mala aurea. *Kâ.* اجاصة *cum* ة *Unit.* Singulare aliquod prunum. *Peregrinas has voces esse dicit Kamus, quia* ج & ص *non conveniunt in dictione.*

اجاصية Decoctum prunorum, jusculum prunaceum.

אגר אגר Collegit, congregavit, congessit, comportavit. Prov. 6. 8. *Part.* Prov. 10. 5. *Fut.* Deut. 28. 39. *Par.* Pro. 10. 5. *Hinc Gr.* ἀγείρω.

אִגֶּרֶת f. Epistolæ, literæ, *in quibus vz. variæ res comportantur.* Nehem. 6. 5. Est. 9. 26. *Pl.* אִגְּרוֹת 2 Par. 30. 1, 6. Neh. 2. 7. *Const.* Neh. 2. 9. *Af.* Neh. 6. 17. *Hinc* ἄγγαρος.

אָגוּר Nomen proprium viri, qui verba sapientiæ congessit & deprompsit. Pro. 30. 1. *v. Syr.*

אֲגוֹרָה f. Numulus. *Conf.* 1 Sam. 2. 36. *i. q.* גרה *D. Kim. cum* א *prothetic. Hinc Græc.* ἀγορά.

אֲגַרְטָל m. Pelvis, pollubrum. *Persicum putatur. Pl. const.* Ezræ 1. 9.

Chald. אֲגַר Mercede conduxit. Deut. 23. 4. Jud. 9. 4. c. 18. 4. *Part. Pl.* אָגְרִין Isa. 46. 6. *Inf.* מֵיגַר Gen. 30. 16. *Ithpe. part.* מִתְאַגַּר Hag. 1. 6. *Ithpa. Inf.* לְאִתְאַגָּרָא 1 Sam. 2. 5. *in quibus* א *eliditur.* Prov. Talm. אתגרת ליה פוץ עמריה Mercede conductus es, *ad laborem etiam vilem,* excute lanam ejus. *Joma f.* 20. 2. *Linum vel lanam excutere, opus muliebre est, & pro viro, vile; hoc a. cum exiguo lucro faciendum, potius quam otio famem pascere.*

אַגְרָא, אֲגַר Merces. Num. 18. 31. Ps. 127. 3. *Af.* Gen. 15. 1. c. 31. 7. Deut. 24. 15. Ruth. 2. 12. Jon. 1. 3. *Pl. emph.* Gen. 49. 1. *Jon.*

Apud Rabbinos etiam, Lucrum, optimum & præcipuum cujusque rei *denotat, ut Berac. fol.* 6. אגרא דבי טמיא שתיקותא Optimum domus luctus est silentium, *i.e.* patientia. אגרא דבי הלולי מלי Præcipuum domus nuptiarum sunt verba, *i.e.* Amica colloquia. *Et* אגרא דתעניתא צדקתא Præcipuum jejunii est Justitia, *seu* Eleemosyna, *&c. It.* Vectis, pertica. *Betsa f.* 30. 1. *Bava mets. f.* 83. 1.

אֲגִירָא, אֲגִיר Mercenarius, mercede conductus. Lev. 25. 40, 53. *Af.* Levit. 25. 6.

אִגָּרָא, אִגָּר Tectum. Jud. 9. 51. Ps. 102. 8. *Af.* Ex. 30. 3. Deut. 22. 8. *Pl. emph.* 2 Reg. 19. 26. *Af.* Jer. 48. 38.

אוּגְרָא, אוּגַר Cumulus, tumulus. Gen. 31. 46. *Jon.* Deut. 21. 1. *Jon. Veneta legunt per* ד.

אָגוּר Agur. Nomen proprium. Prov. 30. 1. שאגר *quia* collegit *sapientiam & legem: Inquiunt Rab. Jelammed: v. Syr.*

אֱגוֹרָא Altare, ara, *tantum idolis serviens,* 1 Reg. 12. 33. *Af.* Jud. 6. 31. *Pl.* 2 Reg. 21. 3. *Emph.* 2 Reg. 23. 12. *Const.* Hos. 8. 11. *Af.* 2 Reg. 11. 18. Jer. 17. 1, 2.

אִגַּרְתָּא, אִגֶּרֶת Epistola, literæ, 2 Reg. 10. 6. Isa. 50. 1. *Pl.* אִגְּרָן Isa. 37. 14. & 39. 1.

Apud Rab. & Tal. אגרת בקורת *vocantur* literæ quæ publicè affiguntur aut promulgantur de venditione domus aut agri alicujus per auctionem, *in hunc sensum,* &c. שדה או בית Ager aut domus talis venum it pro tali vel tali summâ pecuniæ, qui aliquid cupit superaddere, veniat & det.

אֲגוּרָה, אֲגוֹרָא Numus, numulus, obolus ex argento, *Item* Ædificium forte.

אֲגוּרִי & אֲגוּרִי אגור Olivæ mediocris & pinguis species. *Item* Genus oleæ multum ferens oleum.

אגוריאות, אגורי Gr. αἱ ἀγοραί. Collegia, conventus, cœtus, *Getin. f.* 2.

אוּגַרְגָּר Acies cultri utrinque scindens, culter duplicis aciei, *Chelin. f.* 17. 2. Talea gladij. *D. P.*

אגרדמין, אַגְרַדְמִין Præfectus mensuris, officialis mensurarius, qui mensuras ex publica authoritate justificat, & signo publico notat, & falsarios punit. *In Bava Kama f.* 89. 1. *scribitur* אגרומים *& explicatur* סוחר ישמעאל mercator Ismaelita.

אַגְרְטִין Potus dulces. *Midr. Cohel. c.* 1. 8.

אַגְרְמִי Licentia, facultas, privilegium. *Bresh. R. s.* 75. *scribitur &* אונרמי

אַגְדָנָא Absynthium, Deut. 29. 17. *Jon. v. in* אגד

אגרונימוס & אַגְרוֹנִימוֹן Gr. Ἀγορανόμος Præfectus super victualia, *vel* foro rerum venalium. *Vaijk. R. s.* 1.

אַגְרִיאוֹן Ἀγρι..., ἀγριος Agrestis, sylvestris. *Bresh. R. s.* 77.

אַגְרִיסִין *vel* אַגְרִיסִין Agrestes, sylvestres, emissarii. Jer. 5. 8.

ארגסטוס .אַגְרִיסְטוֹס Agrestis, sylvaticus. *v.*

אַגְרִיפַּס Ἀγρίππας Psal. 22. *Mid. It.* Agrippa Rex.

אַגְרִיסְיוֹן Nomen Cacodæmonis. *Zoh. Col.* 446. *in Exod.*

אַגְרִיקוֹס Præfectus Provinciæ. *At Bresh. R. s.* 12. *ex quo Aruch verbum hoc citat, jam scribitur* אנדריקוס Ἐπαρχος.

Syr. ܐܓܰܪ Mercede contraxit, conduxit. Mat. 20. 7. *Inf.* Gen. 30. 16. *Fut.* Mat. 20. 1. *Aph.*

ܐܰܘܓܰܪ Locavit, mercede conduxit. *Ethpa.*

ܐܶܬܬܰܓܰܪ Mercatus est, quæstum fecit, negotiatione lucratus est, ad lucrum usus, vel abusus est. Matth. 25. 16, 17. Luc. 19. 15. *Imp.* Luc. 19. 13.

ܐܰܓܪܳܐ Merces, præmium. Mat. 5. 46. c. 6. 1. Heb. 10. 35. naulum Jon. 1. 3. *Af.* Gen. 15. 1. Mat. 6. 2. Rom. 4. 4.

ܐܶܓܳܪܳܐ Tectum. Matth. 24. 17. Luc. 5. 19.

ܒܰܪ ܐܶܓܳܪܳܐ Lunaticus, *vz.* Spiritus, *qs.* Spiritus extra tecta degens. Mat. 17. 15. *Af.* Ex. 30. 3. *Pl.* Mat. 10. 27. ܒܢܰܝ ܐܶܓܳܪܳܐ Lunatici, *ad verbum,* qui extra tecta, *vz.* degunt. *v. Full. Misc. sac. l.* 2. *c.* 17. *Vel, eo quod qui extra tecta sub Luna, vz. influentiis diu degunt istiusmodi furore corripi sæpe solent: vel sec. B. B. quia sunt Dæmones quidam, qui in tectis altisq; locis manere, aliosque illuc ferre gaudent. v. Psellum de operat. Dæm. p.* 44.

ܐܶܓܰܪܬܳܐ Epistola. Act. 9. 2. 2 Cor. 7. 8. *Af.* 2 Cor. 3. 2, 3. *Pl.* 2 Cor. 3. 1. *Af.* 2 Thess. 3. 17.

ܐܰܓܳܪܙܶܐ Agardæi. Dan. 3. 2.

ܐܰܓܘܽܪܶܐ Oleum. *B. B.*

ܐܳܓܘܽܪ Qui studio sapientiæ se applicat, ܐܳܓܘܽܪܳܐܺܝܬ spontaneè, liberrimè, sine ulla coactione. *Atque hinc Salomoni nomen* ܐܳܓܘܽܪ Agur, Pro. 30. 1. *B. B. cui* Agur *i. q.* Salomon, & Jake *i. q.* David. *It.* Platea, forum, mercatus.

ܐܰܓܳܪܣܳܐ Ager, rus, oppidum, Mat. 27. 8. *Af.* Mat. 27. 10. *Pl.* Num. 35. 2 Jos. 14. 4. Zach. 2. 4. *Af.* Jos. 15. 32. 41.

ܐܽܘܓܽܘܪܣܳܐ Subdiaconus, Minister sacrorum *pec.* Christianorum. *Gr.* Ἀγύρτης *B. B.*

ܐܰܓܺܝܪܳܐ Mercenarius, Joh. 10. 12, 13. *Pl.* Mar. 1. 20. *Af.* Luc. 15. 19. *It.* Catechumenus *B. B.*

ܐܰܓܺܝܪܳܐܺܝܬ Liberrimè, spontaneè.

ܐܰܓܺܝܪܘܽܣ Ἀγήρως. Senii expers. *B. B.*

ܐܰܓܺܝܪܘܽܬܳܐ Quæstus, merces. Isa. 23. 18. Numulus, drachma *B. B.* 1 Sam. 2. 36.

ܐܰܓܺܝܪܘܽܬܳܐ Id. *F.*

ܐܓܶܝܪܘܳܣ f. Αἴγειρος. Populus Græca. F. Romana vel nigra. *B. B.*

ܐܰܓܪܘܽܣܛܺܝܣ Fœnum. *B. B.*

ܐܰܓܽܘܢܳܐ Disceptatio, lis, contentio.

ܬܰܓܳܪܳܐ Mercator, negotiator.

ܐܰܓܪܘܽܣ & ܐܰܓܪܺܝܘܢ Brassica. *B. B.*

ܐܰܓܳܪܳܐ Merces, stipendium, Luc. 12. 58. Rom. 6. 23. Mercatus, negotiatio. Joh. 2. 16. Quæstus, Act. 16. 16. *Af.* Mat. 22. 5. Act. 16. 19. 1 Tim. 6. 6. *It.* Negotium, opus. *v. d. Dieu in* Luc. 12. 58.

ܐܰܓܳܪܽܘܬܳܐ Id. *F.*

ܐܰܓܪܽܘܣܛܺܝܣ Lupulus, convolvulus. *B. B.*

Sam. ࠀࠂࠓ Mercede conduxit, Deut. 23. 4. ࠀࠂࠓࠕࠉ Gen. 30. 16.

ࠀࠂࠓ Merces. Gen. 30. 16. *Af.* Gen. 30. 32, 33. c. 31. 8. c. 15. 1. *Pl.* Gen. 31. 7, 41.

ࠀࠂࠉࠓ Mercenarius, Exod. 22. 15. c. 12. 45. Num. 24. 14.

ࠀࠂࠓ *i. q.* שגר *Heb.* Vulva, Ex. 13. 12. Deut. 28. 4, 18, 51.

ࠀࠂࠓ Pro, vice: *vel ex præcedente significatu verti potest,* Num. 18. 21, 31.

ࠀࠂࠓ Tectum. Exo. 26. *post* 35. c. 37. 26. ࠀࠂࠓࠄ tectum ejus. *Similiter etiam* Deut. 22. 8.

ࠀࠂࠓ i. q. ࠀࠐࠓ *vel pro eo.* Exod. 13. 12. & Deut. 7. 13. *in Ann. Samar.*

ࠀࠂࠓ *Pl.* ࠀࠂࠓࠉࠌ Nares. Gen. 2. 7. c. 7. 22. ࠁࠀࠂࠓࠉࠅ in nares ejus: *convenit cum* חור *ut* אף *Heb.*

ࠀࠂࠓࠄ *Mutatis tantum literis homogeneis, i. q. Heb.* אילה Gen. 49. 21.

Æth. አግር Pes. *Conf.* Ps. 35. 12. *Af.* Ps. 17. 36. 42. Ps. 93. 8. Ps. 67. 25. Mar. 9. 44. *Pl.* እግር *Af.* Ps. 17. 35, 42. Ps. 21. 18. Ps. 121. 2. Ps. 9. 16. Ps. 109. 1.

አጋር Agar. *Nom. prop.* Gal. 4. 24.

አጋራዊ Agarenus. *Pl.* አጋራውያን Ps. 82. 7.

አግሪጳ Agrippa. *Nom. pr.* Act. 25. 13.

አገዋር Circa *Miss. Æth. p.* 163. 1. ለገዋርነ *q. d. consociationis nostræ: ita etiam* רגל *Heb. v.* Exo. 11. 8. *Ann. Samar.*

Ar. اجر *Act.* اجار, اجارة, أجر *signif.* 6, اجور 5, I. *Fut. O. I.* Mercedem, præmiumve dedit. Rependit. *ccap.* & على *r.* 2, Conduxit. *cca.* 3, Mercenarius factus & mercede vel precio conductus fuit, meruit. 4, *Fut. O.* Mercede *s.* precio locavit aliquam rem. ب *precii.* 5. *Fut. I. O.* Concap, *c ar & c* valuit & integritati restitutum fuit *os luxatum fractumve.* 6, *Transit.* Integritati restituit, &, *qua re hoc fieri solet,* Obligavit *os fractum vel luxatum. cca. v.* جبر *Pass.* Rectè obligatum & integritati restitutum fuit *membrum luxatum fractumve. Pec.* اجر ولده *cca.* Amisit filium, mortuus illi filius fuit, & *qs.* in præmium cessit: *potius esse videtur bene precandi s. consolandi formula.* II. Laterificavit, lateres coxit. Gen. 11. 3. Exod. 5. 14. *Erp.* III. Mercedem operis & præmium preciumve conductæ rei persolvit. 2, Conduxit. *cca.* De mercede *vel* precio conductionis egit, contraxitve & pactus fuit. *ccap* & على *vel* في *r.* IV. *cujus loco vulgus* واجر, Locavit, elocavit. *ccga.* 2, *tributum mulieri,* Precio prostituit se, meretricium fecit. 3, Suo loco & integritati, &c. *v.* 6, I. 4, *i. q.* 1, I. 5, *pro* اوجر Impulit *s.* adegit in pectus *hastam.* VIII. Mercedem cepit & accepit: Mercede conductus fuit. Mercedem quæsivit petiitve. X. Mercede conduxit, *uti domum; vel* mercenarium cepit. *cca per* ب & على *vel* ب *pretii.* Deut. 23. 4. Jud. 9. 4. Neh. 6. 12. Matth. 20. 1. 2, Lateres confecit coxitve.

اجر *Coran. azo.* 64. 15. (*etiam cum Damma & Kesra. Pl.* اجار, اجور, اجره). Gen. 29. 15.

29.15. 1 Tim.5.18. *Erp.* 1 Cor.3.8. *Erp.* Jac.5.4.

أجارة Μισθὸς, merces, præmium, & rei conducta *vel* conductionis precium. 2, Sponsalitium donum, quod sponsæ persoluturum se promittit sponsus. 3, *i. q.* الذكر الحسن *Ka.* Memoria *s.* recordatio bona. Beneficii commemoratio. *Gig. &* 4, *primum*, Tectum. Pf. 101.8. Pf.128.5. *Ro.*

اجرون, *etiam* ا *cum Medda &* ر *cum Tesdid.* Later coctus.

اجر, اجر (*utrumque etiam sine Tesdid*) *à Perf.* اجر tegula, imbrex, آجور, اجور, آجور,

يأجور Later coctus, *s. potius Coll.* Lateres cocti. Gen.11.3. Exod.1.14. c.5.7,8,14, 16,18,19. *Erp. It. tert. & quartum*, Pomum odoratum, vel aliud quidvis quod grati odoris ergo manu tenetur. *fortè ab* ἄχυ, cassia *Arabibus. Diosc. l. 1. c. 12.*

اجار, انجار *vulgar. Pl.* أجاجرة Tectum & planities suprema domus exporrecta sub dio, *quales per potiorem Asiæ & Africæ partem videre licet. Vox usitata Arabiæ Petrææ & Syriæ. v. Ch. & Sy.*

أجير *Pl.* أجراء, أجراء, Mercenarius, precio ad operam conductus. Joh. 10.12. 2 Paral. 26.10. Esa.28.1,3. Luc.15.17,19.

اجير مشترك, 2, خاص Operarius publicus, *omnibus operam mercede præstans*; 2, Privatus, *uni duntaxat.*

تاجر Mercator, ἔμπορος, *qs.* Conductitius servus. *a* Factour. *Bd.* Matth.13.45. *v.* تجر.

اجيري, إجري, *Kam.* Consuetudo, mos receptus. *v.* جري *qs. quod cursum habet.*

موجر *Ag.* 1, *Conj.* IV. Locator.

موتجر *Part. Conj.* VIII. Precio conductus, mercenarius.

مأجور Cui merces *vel* præmium *aut* precium conductionis persolvitur: qui illud accipit.

مستأجر Conductitius. Neh.6.13.

آجر הָגָר Hagar, mater Ismaelis, ا *pro* ه *Dialecto Nabathæa.* Gen.16.1. *Erp.*

درب آجر *Nom.* loci in urbe Bagdad.

אנש Ch. אנש *Hinc citat Aruch ex Medrash. Echa. c. 1. 21.* אנטתון אפיכון obdurastis facies vestras: *Sed alia lectio habet* אקשיתון

Æth. አነሰ: *v.*ዐነሰ:

אנה Syr. ܐܢܗ *v.* ܗܢܐ

אד Vapor: perditio. *v.* איד
Chald. אֱדַיִן & בֵּאדַיִן Tunc. Dan.2.19,35.
Sam. ࠃࠀ *Ch.* דא *Heb.* אשר Exo. 20. *post* 22. Deut.18.20. Gen.47.24. c.39.9.
ࠃࠀ Tunc. *Heb.* אז Gen.39.5.
ࠀࠃࠉࠌࠀ Id. Gen.49.4.
ࠃࠀ Manus. *v.* יד.
Æth. እድ: Manus. Psal.113.15. *Aff.* እደየ: Pf. 30.6. Pf.27.6. *Conf.*Pf.34.12. Pf.139.4. እደዊሆሙ: *Poc. Pl.* እደው: *Aff.* Pf.46.1. Pf.80.6. Pf. 57.2. Pf. 118.73.
እደዋት: Locus paratus; *ut* יד *Heb.* Mar.11.4. *vel ab* ዐደወ: Transitus.
እደው: *v.* ዐደወ: እደ: Circuivit. *v.*ዐወደ:
እድ: Pars. *v.* ዐደ:

Ar. إذ *qs.* ἰδὲ, Ecce: Matth. 1.2. c.2.1,13. *Usurpatur cum agenti quid & velut inopinanti incidit, & ferè post* بينما *vel* بينا Dum, *ante Verbum, uti* وبينما انا كذا اذ جاء زيد Interea a. dum ego ita essem, ecce venit Zeidus. *Ita ut* 2, *qs. consequentiæ sit* · Equidem. 3, *pro causali, particula, i. q.* ف Siquidem, propterea quod. 4, Postquam, Cum *præteriti temporis.* Pf.4.1. & 17.25. & 24.9. & 35.1. *Ro. Et quidem post se habens s. subjectum s. prædicatum, ut* اذ زيد قايم & جيتك اذ قام زيد Veni ad te cum surrexisset Zeidus. *v.* اذا. 5, Indicat rem, quæ facta fuerit, *ut* اذكروا اذ كنتم Recordamini vos fuisse. *Gig.* 6, Si, *ut* لم ينفعكم اليوم اذ ظلمتم Non proderit vobis hodie, si inique agatis. *Gig. Ita construitur, ubi aliquid sibi junctum habet. Cum v. extra relationem ponitur, more Nominis assumit Nun vocale,np.* إذٍ *Hebr.* אָז & אֱדַיִן Tunc, eo tempore. *Et in compositione cum alia voce, vel sequente, ut* اذاك, Id. *vel præcedente nomine temporis, ut* يومئذ, ليلتئذ, حينئذ, Tunc temporis, eâ nocte, illo die. *Sequente a.* ما *pleonastico* اذما & *divisim* اذ ما, *est particula, quam retributio s. illatio sequitur,* Quum, si quando; *Et Futuro Gjezma inducit,* اذما تاتني آتك Si quando ad me veneris, veniam ad te. *v. Erp. Gramm. ex Cl. Golii recens. p.* 53. & 159. *conf.* اذا.

אדד Ch. אודא & אדרא *v. in* ארד
Syr. ܐܕܕܐ Olla magna, ahenum.
Ar. أدّ *Act.* أدّ *Fut. O. A. pro* دهى *s. qs. pro* دهي Supervenit, incidit, & *velut* Oppressit *infortunium aut aliud malum. cca.* 2, Extendit, gravem fecit *rem.* Negotium difficile evasit. *Gig.* 3, Vocem حنين, introrsum reduxit *s.* barritum suum, (redire fecit suum fœtum. *Gig.*) camela. Vociferatus fuit *s.* barrivit camelus. 4, Abiit huc illuc & vagatus fuit per terram, (peregrinatus est. *Gig.*) 5, *cum* ء *Kesrato*, Relinque & missum fac. *v.* ادي *cujus est Imperativus.* V. Incidit *in eum,* irruitque *malum, cc a p.* 2, Vehemens & validus redditus fuit. Invaluit. *v.* ايد.

آدّ *pro* أيد Potentia, robur, vigor. 2, Victoria, vis qua quis alio superior.

أدّ, أداد *i. q. præcedentis sign.* 1. *It. secundum i. q.* 2, *præced. It. pro primo* ادد *scribitur*, & *est Nom.* Tribus Arabicæ, primique satoris *ejus*, *qui filium Tabichæ, fil. Aljasi, fil. Modzarri.*

ادد *Nom.* Tribus Arabum Jemen, *i. e. felic. A nomine primi Patris, qui fuit fil. Zeidi, fil. Cahlan, fil. Sabu, fil. Himjar.*

ادّ & ادّ, ه *Pl.* ادد اداد Infortunium, adversitas, ærumna, grave discrimen. 2, Res admiranda, stupenda, iniqua, nefanda. 3, Negotium arduum & difficile. *Et in his* 2. *poster. sæpe præmittitur nomen* امر, شي *alindve, vel dici-*

tur داهية ادّة Infortunium grave, *ita ut* ادّة, ادّ, *sint qs. Adjectiva.*

اداد, اداد, اداد *i. q.* اشكيس, *Barb. s. Africanum Nom.* Chamæleon albus, *vel* Planta huic quam simillima. *Diosc. l.* 3. *c.* 10. *cujus radix* Addad *dicitur. v. Leonem Afric. in fin. lib.*

اديد Vocis strepitus & clamor. *s. Act.* Vociferatio, *poc.* camelina. 2, Gravis, difficilis. Durus: adversa fortuna. *Et fere simili junctum usurpatur,* شديد اديد.

تأدّد Corroboratio. *Gig.*

تودّد Constantia & firmitas mentis. Gravitas.

¶ أدّ Secuit, amputavit *rem ense* cc ب

اد *Act. præcedentis.* 2, *i. q.* القطع Portio, incisum, segmentum. *Kam.*

أدود Secans, acutus, *s. c.* gladius, scalprum. سيف ادود *cultter* bonâ acie; *absque* ه. *Kam.*

ארא Ar. إذا *i. q.* إذ, *Adverb. Demonstrandi* Ecce. *Usurpatur ferè cum quid incidit præter expectationem, præfixa partic. illativa* ف *ante se habente* ب. Pf. 18. 14. *con vel* ب. *Hinc* 2, *Consequentiæ s. illationis particula*, Itaque, igitur. Rom.7.21,25. Act. 1. 18,21. *Et Hebr.*, *consonans qs. cum ipso Arab.* Equidem, utique, *ut* وان تصيبهم سيئة اذا هم يقنطون Quod si accideret iis malum aliquod, utique ipsi desperarent. 3, Donec, quum *temporis futuri.* Pf.2.12. & 4.4. Jer. 17.2. *Præponiturque tantum prædicato, ut* اجيك اذا قدم فلان Veniam ad te cum advenerit ὁ δεῖνα. *Subinde tn. & tempus Præteritum s. Præsens notat; ut* اذا راوا لهوا انفضوا اليه Cum vidissent *vel* viderent lusum aliquem, ad eum se proruerunt foras. *Et cum* ما *pleonastico* Quum, si quando *v.* اذ.

اذا *pro* اذن, *Responsionis s. retributionis particula*, Bene, age. *Vide Gram. Gol. p.* 55. 2, Equidem. Pf. 80. 15. Sane, certe, Pf.123.2.

اذن *cum Prosthesi* ف *vel* و, *ac contra cum Aphæresi* ذن, ذن *i. q. præced.* 1, & 2. *signif. ut si dicenti* الليل ازورك Hâc nocte invisam te, *respondeas* اذن اكرمك *vel* اكرمك, اذن, Bene, *s.* utique honore excipiam te. *Futuro, sed immediatè sequenti, Antithesin inducit. v. Gram. cit. p.* 54. *Variis respondet aliarum Linguarum particulis,* Jure, merito, ergo, ideo, igitur, itaque: Tum temporis, tunc. *Aliquando Pleonastica. Conf.* Esa.56.4. Jer.1.7. c. 4.10. c.7.23. c.8.3. c.19.2.

ادى Noxa. *v. Act. in* اذا

ארב Ch. ארב, דאב *i. q.* דאב *per metathesin. Hinc in Hiph.* הֶאֱרִיב Dolore affecit. *Inf. absque* ה 1 Sam.2.33. *At. a* 70. *Syr. Ar. & V. Lat. vertitur, qs. a* דוב *i. q. Heb.* זוב *in Hiph.*
Ch. ארבעא Digitus. Exo. 31. 18. *Jonath. Heb.* אצבע.

Ar. ادب, *Act.* ادب, ادب, 2, Res miranda, stupenda,

stupenda, *Fut.* I. Invitavit ad epulum, sumendum cibum. Convivio excepit. *cc a p. Quod inter primas partes* humanitatis *Arabes habent.* 2, Punivit. 2 Sam. 24. 14. 3, *Mediâ Kesratâ & Dam.* Humanitate, morum & doctrinæ elegantiâ præditus fuit, polluit. II. Bonis moribus & literis imbuit. Disciplinâ erudivit & bene formavit. Psl.104.21. Prov.31. ب *r. Hâc voce in Arab.* 1. *p.* 283. *cc a p. & Psal. versione redditur Heb.* יסר *Gr.* παιδεύειν instituere, erudire. Castigavit, corripuit. Psl.93 .10.*Ro.* Psl. 38. 12. Heb. 12.10. 2,Ad convivium vocavit.*cca.* IV. *i. q.* I. 2, Justitiâ implevit *regionem. cca.* Administratione justitiæ bene constitutam reddidit.*v.*IV ب. V. *Pass.* II. Bonos mores & literas edoctus, disciplinatus fuit. Psal. 2. 10. *Ro.* VIII. Exaudivit. استادب *ex* ندب X. *i. q.* V. *Gigg. Sed est pro* . *It.* Bonos mores & literas didicit : Humanitatem adscivit *ac* comparavit sibi.

أَدَب *Act.*3. I. 2,*Ipsa* Humanitas, Urbanitas, 1 Sam.20.30. civilitas morum, elegantia doctrinæ. 3, Res miranda, stupenda. 4,ادب البحر Abundantia aquæ maris. 5, Disciplina. Psal.2.12. c.17.37. Prov. 13.18. c.25.1. Sap. 1.5. Eruditio.Esa. 50.5. *Scal. Prov. Ar.*I, 82.II,25.Correptio,παιδεία. Ephes. 6. 4. 6,*i. q.* الطرف Vas *vel* saccus. *It.* حسن

التناول Capacitas bona,*s.* bona indoles. *Kam.*

Bd. Poss. أَدَبِي *Pl.* آداب Boni & gratiosi mores. *Ita*

سنة الوضوء : *aliud est à* اداب الوضو

Illud sacræ lotionis mores & gestus decoros, *hoc* ipsum ritum traditione sancitum *notat.* 2, Eruditiones, instructiones. Prov. 31. *post v.* 8. *p.* 383.

أَدِيب *Pl.* أُدَبَاء, Humanus. Bonis moribus & literis præditus; liberaliter educatus, bene moratus. Eloquens, λόγιος, *eruditus in sermone.* Act.18.24.*Erp.*

تَأْدِيب Castigatio, institutio, correctio, animadversio, censura. Lev.26.18. Prov.6.23. Esa.26.16. 2 Tim. 4.16. *Erp.* Hebr. 12.7,11.*Erp.*

مُؤَدِّب Præceptor morum, castigator, παιδευτής. Rom.2.21.

مُؤَدَّب & مُتَأَدِّب Correptus, castigatus. Psl.89.10,12. 2 Cor.6.9. Institutus. Act.22.3.

أَدَبِيَّات Quæ ad bonorum morum doctrinam & humaniores literas pertinent.

آدِب Qui ad epulum invitat. Convivator.

مَأْدُبَة, مَأْدَبَة, أَدِيبَة, *Pl.* مَآدِب, Cibus ad quem quis invitatur. Epulum, convivium.

أَدَبِي *Nom.* Montis.

بلا أدب Absque noxa, impedimento, ἀκινδύνως, securè. *Nassar.*21. & *alibi. Bd.*

אדג Syr. ܙܘܕܓܐ Fovea plena igne.
Æth. አድግ : Asinus. Matth.18.6. Mar. 9.42. *Af.* Luc. 10. 34. *Pl.* አድግት : አድግ : ደሮሐ : Gallus gallinaceus. Psl. 101.7. *v. An. Sam.* Isa. 38.14.

Ar. أدج Multum potavit vini, & quidem frequentiore haustu.

אדה Chald. אֲדַהֲכִי Interea. *Comp. ex* עד ידהכי *v. in* ידה אדיתא *vel* אוריתא Arvum. *Ita legit Schindlerus* Jer. 31. ult. *ubi tamen nostra habent* ארויתא Aquæ-ductus.
ארויתא *v.* ארוח *in* ארויתא.
ארויתא *v. in* נדה.

Syr. ܙܘܕܝܐ Tenuis, mollis, tener. *B. B.*

Ar. الادة *Omnibus Consonis suis Vocalibus motis i.q.* أمر القوم واجتماعه *Kam. Videtur convenire cum Heb.* עדה consilium, congregatio populi.

אדו Æth. አድዎ : *v.* ዐድዎ :
አድው : Vacuus, a. Luc.11.25. Phil. 3.8. *Sicut* አድው : መስል : vacua imago; *vel si ab* ዐድዎ : transitoria.

Ar. أدا *pro* أدو *Fut. O.* Juvit, adjuvit, opem tulit. *cc a p. &* على *r.* Viribus auxit, corroboravit. 2, *Intransitivè* Viribus, robore polluit. ادت الثمرة Ad perfectionem pervenit & maturuit fructus. *Act.* أدوا Perfici & maturescere fructum. 3, Instrumentis, apparatu, armis instructus fuit. Paratus, accinctus fuit *ad iter.cc* ل *v.* ادي. 2,IV. 4,*i.q.* ادي 2,I. *qs. pro* عدا, Insidiatus fuit, ex insidiis imminuit ut invaderet, *ita ut lupus dorcadi.* يادو الغزال *per* ياكله *quibusdam*, Devoravit dorcadem. IV. *pro* اعدا *i.q.* 1,I. Auxiliatus fuit. *ccap. &* على *r. Pass.* Dispositus, paratus, accinctus fuit : paravit, accinxit se. *cc* ل.V. Instruxit, composuit se *ad aliquid faciendum. cc* ل. 2,Pervenit. *cc* الي. *v.* 2, V. ادي. VI. *i.q.* 1,I. Coadjuvit, coopitulatus fuit. Mutuam præstitit operam,*seu potius* plures invicem juverunt. X. Auxilium expetivit, opem & suppetias imploravit. *ccap. &* علي *r.*

أَدَاة Fructus, proventus. Lev.26.4,20.Deut. 11.17.

أَدِي Apparatus : instrumentum, *spec.* bellicum. اخذ لذلك الامر اديه Cepit ad eam rem apparatum suum, quòd necessarium esset : instruxit, expedivit se & accinxit. نحن علي ادي الصلاة Parati eramus & compositi ad precandum. 2, *Persicè* جام فراخ Poculum amplum, جامه *si non legendum* vestis ampla.*v.* ادي.

أَدَاة *pro* أدوة *Pl.* أَدَوَات, & *cum* ب 2 Sam. 1.27. Instrumentum *bellicum*, utensilia : quod necessarium est *vel* inservit rei perficiendæ. 2 Reg.22.14. c. 23.4. Hebr. 9. 21. *Erp. Grammaticis est* اداة الجزاء Particula illativa, *s.*conclusiva, *qualis* ف

إدَاوَة *Pl.* أَدَاوِي, Aqualis, vas aquarium, ex quo aquæ latex manui affunditur ad abluenda membra : *quale in sacra lotione usurpari solet. Est ferè vulgo coriaceum, angustiore tubuli ore, quod epistomio occludi potest.*

مُؤْدٍ *pro* مودو *Partic.* IV. Pollens viribus, robore. 2, Apparatu necessario, armis instructus. 3, *Sine Hamza primæ radicalis*, Periens, perditus. *v.* ودي IV.

إِدَاء *Act.* IV. Adjumentum, opitulatio : corroboratio.

أَدْوَاء Passiones, πάθη, παθήματα. Rom. 1. 26.c.7.5.*Erp. v. in* دوي.

אדח Ar. أدخر Aladchir, *vel* Aladkir. *Avic.*iijfv j30. *Et sine articulo B.* Adchar, Squinanthum ijrij 597. *est* σχοῖνος. Juncus *in genere*, odoratus & non odoratus. *Avic.* ijrij 7. *Ar. Dioscor.* j 16. & iiij 52. *Scribitur etiam cum* ذ.

אדט Ar. أدط *v.* لط.

אדי Æth. አዲ : *v.* ዐዲ :

Ar. أدي, أَدِيَ *Act. Fut.* I. Incrassuit lac, in spissiorem consistentiam coivit, *ut quando in oxygalam vel cremorem convertitur.* 2, Multus evasit, fuit. ادي السقاء Vix potuit jactari uter ad eliciendum butyrum; *adeò plenus & gravatus fuit.* 3,*i.q.* ادو 4, I. Per insidias captavit. *cc* ل. 4, قطع الله اديه Amputavit, secuit Deus manus ipsius. *i.e. adagiali signif.* Opibus exuit eum, ut non sit quod largiri possit; *aut* Enervavit, diminuit potentiam; *s. imprecationis form.* Amputari manus ejus velit Deus. II. Fecit ut quid perveniret : misit, attulit, adduxit, perduxit. Gen. 42. 19. c. 45.17. *Erp.* Jud. 15.12. 2, Persolvit *decimas*, præstitit quod debebat. Hebr. 7. 2, 4, 9. Eccli. 46. 6.*ccar. &* ل *p.* IV. *pro* اعدى Juvit, suppetias tulit. *ccap. &* على *r.* 2,Paravit, instruxit se *ad iter. cc* ل.*v.*ادو. V. *i.q.* 2, II. *cc* ل *p. &* من *r.* 2, Pervenit *nuncius. cc* الي *p.* X. *i.q.* استعدي Auxilium & opem petivit, suppetias imploravit. *cc a p. &* على *r.v.* ادو. Molestus gravisque fuit & esse cœpit: importunè exegit & extorsit *pecuniam. cc g a.* Jud.1.28,30,33,35.

ادي Paucus *grex*, opes. 2, *contrà de veste*, Amplus. *v.* أدي & يدي.

آدي *pro* هو آدي للأمانة منك Præstandâ fide, *s.* præstando & reddendo eo quod fidei commissum, potior te est.

أَدَاء & *quidam cum Kesra, qs. Act. irregul.* II. *Conj.* Solutio, præstatio. 2, Perductio, missio. 3, Res quæ persolvitur, penditur, *aut* quæ debita præstatur.

مُؤدّي Persolutus, præstitus. 2, Adductus, perductus.

أُدَي *Nom.* Viri : *ut qui pater Malic assectæ Muhammedis.*

أدي *Nom.* Viri : *e. g. ejus qui avus fuit Meâdi Ibn Habl.*

¶ أَذِيَ *Fut.* A. Læsus fuit; percepit noxam, damnum, molestiam, incommodum, ægritudinem. *cc* ب *r. &* من *à quo.* 2, Noxâ, molestiâ, dolore, damno affecit, vexavit, læsit, offendit. Gen. 26. 11,29. Jos. 2.19. Jud. 15. 12. c. 16. 16. c. 18. 7. (*cum* ب Ruth 2.9.) 1 Sam. 10. 27. c.24.7. c.25. 7,15. 2 Sam. 14. 15. c.24. 13. 1 Paral. 16. 21. Marc.14.6.*Erp.* IV. *i.q.* 2, I. *quæ significatio potiùs ad hanc pertinet. ccap. &* ب *r.* V. *Pass.* ب *r. &* من *p. à qua. Conj.*II. *cc* Dan.6.2. Hos.9.7.

أذي, اذي, *loco* ي *etiam* ا *qs.* ἄτη, اذاة, اذية, اذاء *qs.* ἀνία *Gr. Act.*I. 2, *ipsa potiùs* Molestia, noxa, detrimentum, offensa, ægritudo. 3, Id ex quo illa oriuntur, percipiuntur.

أَذِي, اذي, *pro* اذ, اذية, *f.* اذ, (*Pl.* أواذي Undæ Maris) Molestiam, incommodum, noxam capiens: vexatus, læsus, offensus. Affectus dolore. 2, Eodem loco consistere nesciens & impatiens *camelus*,

camelus, a, brutum; velut noxa aut molestia impulsum, quietis moræve impatiens, non ex morbo aliquo aut dolore, sed ex indolis vitio peculiari aut feritate. 3, *ab ea mobilitate,* Unda & fluctus maris.

أَدِيّ Valde molestus, gravis & noxius. 2, Fluxus maris, unda.

مُودٍ pro مُؤْدِي Nocens, lædens. Infensus, perniciosus. Læsus. Job. 36. 16. Jerem. 37. 10. 1 Reg. 18. 17, 18. 2 Reg. 2. 19. Act. 5. 16.

أَشَدُّ أَذِيَّة Vehemens noxa: magna læsio. *Avic. jfid5f3c1. Bd.*

بلا أذي Absque noxa, tutó. *Avicen. passim. Bd.*

אדך Ch. אֲדַךְ Extinxit, *i. q.* דעך *It.* Imbuit, instituit. *G. F.*

אדך Illa, ipsa; alius, alia.

אדכי Adhuc, amplius, præterea.

אַרְכֵי Duæ lineæ ædificii, duo muri. *G. F.*

אודכי *v.* אורבי.

אדל Chald. ארוילי *v.* אֲדִילֵי.

Syr. ܐܕܠ Plaustrum cœleste; Ursa major.

ܐܕܠܢ Zingiber. *Pl.* ܐܕܠܢܐ Fores, *vel* portæ bipatentes.

ܐܕܠܝ Juncus, Scirpus. *It.* Fibra, filamenta nervi.

Sam. ࠀࠃࠋ & ࠀࠃࠋ Antequam. Gen. 2. 5. c. 24. 15. Lev. 14. 36.

Æth. አድለወ *v.* ደለወ:

Ar. أَدَلَ *Fut.* I. Sanatum fuit & bene habuit elapsâ eschará *vulnus.* 2, *Fut.* A. Jactitando motitavit *lac* eliciendi butyri ergô, *quod in utre facere Arabum mos est.* 3, Rixatus fuit *de re gestanda* graviùs onustus. *qs. pro* عدل.

أَدْل *i. q.* أَجَل, *vel pro eo,* Dolor colli. 2, Lac crassum & acidum, *idoneum ut jactando eliciatur butyrum.* 3, Res de qua movetur, *vel* ex qua oritur, rixa.

¶ أدل *Fut.* I. *Act.* أَدْل, Mentitus fuit.

אדם אָדַם Rubuit, rufus, rubicundus fuit. Thren. 4. 7. Py Id. *Part.* Nah. 2. 3. *al.* 4. *Pl.* Exod. 25. 5. *Hiph.* Id. *Fut.* Isa. 1. 10. *Hithp. Fut.* Prov. 23. 31.

אָדוֹם m. Rufus, ruber, rubicundus, & *aliquando* rubedo. Cant. 5. 10. Isa. 63. 2. *Pl.* 2 Reg. 3. 22. f. אֲדֻמָּה Rufa. Num. 19. 2.

אֱדוֹם Edom: *Cognomen Esau patris Edomitarum, ita dictus à pulmento rufo pro quo primogenituram vendidit.* Gen. 25. 30.

אֹדֶם m. Pyropus, Sardius, rubinus, *lapis pretiosus.* Exod. 28. 17. & 39. 10. Ezek. 28. 13.

אָדָם c. Homo, *quia creatus est* עָפָר מִן אֲדָמָה *pulvis ex terra,* Gen. 2. 7. Psal. 82. 7. Isa. 44. 13. *Quando opponitur* ad אִישׁ *significat* hominem plebeium, & infimæ sortis, *ut* Psal. 49. 3. *It.* quisque, Lev. 1. 2. אָדָם *denique est* nomen Urbis Tiberiadis stagno vicinæ. Jos. 3. 16.

אֲדָמָה c. Terra quæ colitur, humus, pulvis, *à subrufo colore.* Gen. 2. 7. *Const.* Gen. 47. 20. Exod. 3. 5. 1 Sam. 4. 12. *Aff.* Gen. 47. 23. Prov. 12. 11. *Pl.* Psal. 49. 12.

אַדְמֹנִי m. Rufus, rubicundus. Gen. 25. 25. 1 Sam. 16. 12. & 17. 42.

אֲדַמְדָּם m. Subrufus, *al.* impensè rufus. Lev. 13. 42. f. *v.* 43. *Pl.* f. Lev. 14. 13.

Chald. אֲדַם Rubuit, rufus est. *Hithp.* Id. *Pa.* אַדֵּם *i. q.* הַדֵּם discidit. *Avoda Sara f.* 38. 2.

אַדְמְתָא Terra, *à rufo colore qui ei in Oriente naturalis.* Gen. 2. 5. 2 Reg. 5. 17.

אָדָם Adam, *Nomen primi hominis, qui ab Hebræis communiter vocatur* אדם הראשון Homo primus, *à Chaldæis* אדם קדמאה Id. Ps. 92. 1. Gen. 1. 27. *In quem locum Jonathan corpus humanum 248 membris et nervis 665 constare observat.*

אֲדִים Rubrum. בכורי דאדימי Inter albos *pisces erant,* qui jam (*sc.* alterâ die post capturam) *facti* sunt rubei. ספר רפואות

אָדָם Rubedo; Semen muliebre, *q.* rubrum. *Savim c.* 2.

אֲדַם אָדָם Sanguis. *v. in* דם.

אֱדוֹם Edom, Edumæa, Edumæus populus. *Eo Judæi regnum Christianorum, & imperium Romanum Græcumque intelligunt, et utrumque etiam sub voce* כתים: *Hócque quia Titum Vespasianum, Romanos et Christianos quoscunque ex Edom propagatos existimant. Sanh. c.* 11. *S.* 34. *in Gem. v. Coch. in l.*

אֲדוּמָה Cholera, rubra bilis.

אֲדוֹמִי Edumæus. *Pl.* אֲדוֹמִיִּים & אֲדוֹמָאֵי. Gen. 36. 9. Ezech. 36. 5.

אַדְמִימוּת Rubedo, rufus color.

אֲדַמְדְּמָנִי Uvæ immaturæ. *al.* colores rubri, *ut* minium. *al.* pulvis ex fungis rubeis factus ad necandas muscas.

דְּמוּמָה Rubedo, *per aphær.* א *In Gem. Schab. f.* 118. 2.

מַאְדִּים Mars Planeta, *præ cæteris rubeus,* &, *juxta Astrologos, rubicundos gignens.*

Syr. ܐܢܫ Homo, quisquam. Gen. 2. 7. 1 Reg. 17. 32.

ܐܕܡܬܐ Terra, *pec.* rubra. Gen. 2. 7.

ܐܕܘܡ Terra rubra. Edom, Idumæa. Isa. 34. 6. *Etiam* Roma: *aliis a.* Damascus. *B. B.*

ܐܕܘܡܝܐ Idumæi. Isa. 34. 5.

ܐܕܡܘܣ Adamas. Amos. 7. 7, 8. *al.*

ܐܕܡܘܣ Id.

ܐܕܡܢܛܝܢܐ Adamantinus.

ܕܡܘܬܐ Similitudo. *B. B.*

Sam. ࠀࠃࠌ *v.* דם.

Æth. አደመ: Placuit, complacuit: jucundum, delectabile fuit: prosperè egit. Matth. 14. 6. *Fut.* 2 Cor. 11. 18. Heb. 13. 16. 1 Joh. 3. 22. 3 Joh. 2.

አዳም: Jucundum, delectabile. Psal. 132. 1. Cant. 2. 14.

አዳም: Adam. Luc. 3. 38. *q. d. Dei* delectatio Prov. 8. 31.

አዲም: Pellis, corium rude. Matth. 3. 4. Mar. 1. 6.

አድማስ: Adamas. *Miss. Æth. p.* 172. *c.* 2. *l.* 20.

አድማስ: አገድ: Nom. propr. regis Æthiopiæ.

አድያም: Vicus, vicina. Psal. 43. 14. Matth. 2. 16. Marc. 6. 6. Can. 7. 11.

እድሜ: *v.* ዕድሜ:

Ar. أَدَمَ *Fut.* O. I. Junxit, addidit *rem rei. ccap.* & ب *r. conf.*

أَدَمَ الخبز باللحم *Pec.* نظم Addidit panem carni, *et qs.* carne condivit. أدم لهم خبزهم Opsonio junxit & miscuit illis panem. De opsonio prospexit, opsonium dedit. *ccap.*

2, *i. q.* 1, IV. *et Pass.* احري ان يودم بينكما Præstat convenire inter vos, amorem intercedere & concordiam. 3, Fuscus evasit *vel* fuit. *Et Præt.* I. *Fut.* A. *It. Præt.* O. idem. 4, *Fut.* O. *i. q.* 1, *seq.* III. *ad quam potiùs pertinet. ccap.* III. Pro exemplari, antistite, duce, quem alii sequerentur, fuit. *ccap. an qs. Adami instar? an pro* ὁδηγεῖν? 2, *i. q.* 2, IV. IV. Pacem fecit, amore junxit, redintegravit amorem. Concordiam & consensum conciliavit, firmavit. *cc* بين 2, Convenit, concors fuit: consuetudine, familiaritate, amicitiâ junctus fuit. *qs. hominem se* لا يودمن الا مودما Non amant *præbuit.* fœmina nisi amantem. 3, Opsonatus fuit. Opsonio condivit panem. *cca.* 4, آدم الاديم, *i. e.* اظهره, Conspicuam reddidit, retexit cutem. VIII. Junctus, additus fuit *rei alteri. cc* ب. Opsonium fecit, pro opsonio fuit. 2, *Metaph. qs. ab opsonio,* subeunte novo humore revixit, refectumque fuit & nutriri cœpit lignum *s.* arbor, *uti veris initio.* X. Petivit opsonium. *ccga.*

أَدْم *Act.* 1, 2, I. 2, Conjunctio, necessitudo: familiaritas. Consensus, concordia.

إِدَام & *dr.* أُدْم, أُدُم, إِدَام, أَدَمَة *pro quo* Quod quis sibi imitandum sumit, exemplar, antistes: *uti* هو ادم اهله Dux & antistes est suorum.

آدَم *Act.* 3, I. 2, Adam *pro* أَدَم, Gen. 2. 7. 1 Cor. 15. 45. Homo. *pro* *quo frequentiùs* ابن ادم Filius Adami. Fœtus humanus plenè formatus; quod jam homo. 3, Sepulchrum. 4, Dactylorum species, *Berni.* 5, الادم *dicitur. Poetis,* Arabia felix. *Nomen* 6, loci prope *Dzu-kar, quod aqua est prope Cufam*; 7, loci circa *Amk* vallem apud *Thaïf* oppidum *Arabiæ* partis *Higiâzæ*; 8, pagi *in territorio Sanaæ,* quæ *Ar. felicis metropolis*; 9, tractûs prope *Hagiar in Arabia*; 10, tractûs alterius *in Oman, Arabiæ regione altera.*

أُدْم *pro* الادم (*Heb.* אדם ruber) *Pl.* أُدْمَان, أوادم, Fuscus, olivastrus. *Hisp.* Morado, *vulgo* Molato; *Pers.* گندم, *Turcis* كونه, اكلو بغدايِ Triticeo colore præditus. *Inde* 2, Adam, Gen 1. 27. primus hominum pater, *quòd ex rufiore creatus terra.* 3, *Camelis tributum,* Candidus, perquam albus. Pilosus. Albam & nigram *s. variegatam* utramque habens pupillam. Cineraceis *s.* pulverulentis striis notatus *dorcas mas, sed ita ut cætera albus.*

أُدَام *Nom.* loci. 2, *Triptoton.* ما يودم به Id cum quo res alia jungitur, *vel* quod intercedit ad conjungendum.

إِدَام *Pl.* آدُم, أُدُم, آدام, *pro* أُدْمَة, إِدَام *Pers.* نان خورش, *Turc.* اتمك قتغي, Opsonium. ما يطيب به الطعام, Quicquid pani additur in condimentum; *uti butyrum, mel, lacticinia, carnes, fructus, &c.* 2, Dux, antistes, exemplar. 3, Concordans, consentiens. 4, *Nom.* putei, *qui distat diei itinere à Medina.*

أَدَّام Coriarius, qui coria vendit, *pecul.* caprina.

أَدِيم, *Pl.* أُدُم, آدِمَة, أُدْم, *pro* آدَام Opsonio junctus & *qs.* conditus *panis.* Opsonium, condimentum. مأدوم Idem. *Prov.* اطعمتك مأدومي, *ad verbum,* Apposui in cibum tibi panem meum cum obsonio, *h. e.* اتيتك بعذري Attuli tibi excusationem meam, quoad potui excusavi me. 2, Superficies terræ; *ab Heb.* אֲדָמָה terra. *Pl.* أُدُم, *It.* Coria. *Et al.* آدِيم, *Pl. juxta Marufid quod a. Gieuh. vult carere Sing. Hinc* 3. Pellis. (Marc. 8. 6. *sine* ة.) & Corium; idque *s.* crudum *s.* concinnatum. *Pec. i. q. Pers. & Turc.* سختيان *Sachtian,* Corium ex pelle caprina. & corium odoratum, quod ex Ar. felice portatur. Exod. 26. 14, (*absque* ة c. 25. 5. 1 Par. 17. 1.) اديم السماء רקיע Expansum cœli. 4, *Metaph.* Job. 37. 21. Ecclesiastic. 16. 15. cap. 26. 20. c. 43. 9. اديم النهار Expansio diei *s.* lucis, *i. e.* claritasque dies. Diffusio & albedo, وبياضه *ejus.* Totus & integer عامة ظل اديم النهار صايما واديم الليل قايما Egit totum diem jejunus & totam noctem vigilans. اديم الضحي Splendor & vis provectæ diei, cùm plenâ luce Sol fulget. *Nom.* 5, loci prope vallem *Wadi Kora,* quæ vicina *Meccæ*; 6, tractûs cujusdam terræ *Seratæ*; 7, tractûs, *aliis Arab. felicis, aliis Tehamæ*

Tehamæ, *quæ Occidentalis Arab. depressior pars est.* 8, equi Abraxi Kelebitæ.

ادیم *Nom.* Arabis Talebitæ cujusdam è numero sociorum Muhammedis; 2, loci.

ادمة *Act.* Fusco colore imbui *aut* prædi-tum esse. 2, Color fuscus *in homine.* Candor, albedo clara & vegeta, *in camelo.* Color nigro *aut* albo mistus *dorcadi tributus*; *hinc* 3, Commistio, mistura, miscella. 4, Conjunctio, nexus, *s. potiùs* e us causa: & id quo intercedente res duæ junguntur. Propinquitas, affinitas, necessitudo. 5, Munus, donarium; *quòd eo mediante accessus paratur ad principes & quoque ad amicos.* 9, Exemplar, dux, antistes.

ادمة *Pl.* ادمات (*Oppos.* τῷ بشرة ἐπιδερμὶς *Gr.* cuticula externa & asperior) Cutis, *spec.* interior & mollior, quæ operit carnem *s. potiùs* omentum; δέρμα *It.* externa, *uti capitis.* *Hinc* مودم مبشر, *qs.* λειότραχυς mollis & asper *vir*, qui lenitatem cum asperitate conjunctam habet, *id est*, *i. q.* حاذق وجرب Ingenio pollens, industrius. Expertus, prudens, vafer. 2, Interior pars terræ. *v.* اديم *contrar.* 3, *i. q. proximè præc. signif.* 4, & 6.

آدمي, ܕ, Adamicus, Humanus. Qui ex Adamo prognatus, homo. *Dual.* Gen. 5. 2. Adamæi *s.* Adami *homines duo, sc.* Adam & Eva. *Bd. ex Comm.*

ادمي 1, ادمام 2, اديمة 3, ادمان 4. *Nom.* 1, loci. 2, oppidi. 3, montis. 4, arboris. *It.* Putredo *s.* mucor nigricans, inficiens cor *s.* medullam palmæ; *à fusco nigrove colore.*

ادمان, f. ܕ *pro* أدماء, *Diptoton*, Candidi coloris *dorcas.* *Triptoton verò Pl.* τῶ ادم, Fusci, æ. *It.* Candidæ, simulque striis cineraceis notatæ *dorcades*, *quod genus in clivosis durioris soli terris subinde reperitur.* *Fœmininum usurpatur in carminibus Dzulrummæ, quod tn. carpit rejicitque Asmaæus. Pro anomalo habet Camus.*

ادامة, ادمة *Pl. juxta Kam.* اداديم, Terra dura lapidibus carens.

זלח CHAL. זְלַח Fluxit, effluxit, diffudit se; stillavit: (nudavit, *Plant.*) *It.* Hausit. Esa. 30. 14. *Ven. qs. i. q.* דלה *nostra.* מזלח *Pa. Pl.* Psal. 147.18. *It.* Aspersit, conspersit aquâ, *ut fit ad verrendum solum. Aruc. Aph. Pa.* 29. 9. *Ithpe.* Job 28. 4. זלח, זלחא. זילחא Pluvia: stilla, decursus, defluxio, aspersio. *Pl. Cn.* Psal. 42.8. *Schab.* 95.1. זלוחאי Aspersores, stillatores, *qui pavimentum aquâ conspergunt, antequam verrant, pulveris supprimendi causâ. Cholin.* 60. 1.

SYR. ܙܠܚ cc ܒ Effudit, infudit: Sparsit, aspersit, respersit, conspersit *liquida.* Apoc. 19.13. *Off. Mar.* 68. *et* 458. *Pah.* Id. ܙܠܚܐ 2 ܙܠܚܬܐ *prim.* Infusio, aspersio. *sec.* Patera; Bractea, lamina; *Pl.* Cant. 1.11.

AR. زَلَحَ & V. Gustavit. 2, *Illum* edere curavit. *Gig.*

زَلَحَ (لَ *Gig.*) ² زَلْحٌ ³ زَلَحْلَحٌ ⁴ f. ا ¶ ⁵ Q. II. تَزَلْحَبَ ⁶ زَلْحَبٌ ¶ ⁷ زَلْحَفٌ ; *prim.* Vanum. *sec.* Patinæ magnæ. *tert.* Levis corpore. Parùm profundus *fluvei alveus. quart.* Tenuis, & expansus *panis.* 2, Patens cum exigua profunditate *scutella.* (Paropsis grandior absque fundo. *Gig.*) *quint.* Lapsus, elapsusve fuit. cc عن (Celeriter recessit. *Gig.*) *sext.* Labens, elabens. (Citò recedens. *Gig.*) *sept.* Dimovit suo loco, dejecit; *hujusque* II. *et* IV. Id.

¶ زَلَخَ *i. q.* زَخَّ, *s. pro eo.* Præcipitem, *s.* cum celeritate dejecit. (Confodit *illum calce hastæ.* Pinguis fuit. *Gig.* II. Lævigavit. *cca. Gig.*) V. *Pass. aut* Declivi loco, *s.* lubrico pede delapsus fuit. *v. Ar.* זלק.

زَلَخَ ² زَلَخَ لَ ³ زَلُوخٌ ⁴ زَلَخَانٌ زَلْخَانٌ ⁵ زَلَخٌ ; *prim. Act.* & *uti sec. Gig.* Locus declivis, *aut* lubricus, ubi pes prorsum celeriùs fertur *et. prim. ut Adject.* Talis *locus.* 2, Intervallum quod superare sagitta potest. (3, & *sec.* Cùm jaciendâ sagittâ ita manum extollis, ut magis extollere nequeas. *Gig.*) *tert.* Superiore parte putei, ubi aquator consistit, lubricus *locus. quart.* Præcessio: progressus. *v. in Ar.* זלג. *quint.* Locus declivior, *aut* lubricus, quo pueri per ludum præcipites feruntur. *s.* ipse Ludus ille. 2, Lumbago: dolor lumborum, ut se movere nequeat homo.

זלט CHAL. זלטא וולחא (*Aruc* ולחא) Canistrum, vas in quo lutum & sordes exportantur. *Jebhammoth.* 46.1. Arca *Plant.*

AR. زَلَطَ ² لَ ³ زَلِيطَةٌ ; *prim.* Celer incessus. *sec.* Id. 2, Nuditas. *Gig. tert.* Bucca lubrica ex pulte, *aut* re simili.

זלי AR. زَلِيَّةٌ *v.* زَلَلَ.

זלם SYR. *Aph.* ܐܙܠܡ Obliquavit, incurvavit, contraxit. ܙܠܡܐ 2 ܙܠܡܘܬܐ 3 ܙܘܠܡܐ *prim.* Pravus, perversus, contractus. *sec.* Complicatio, tortura, curvatio, contortio, flexura, contractio. *tert.* Hauriens, *F.* forte pro ܙܠܘܡܐ.

AR. زَلَمَ وَزَلَّمَ *Act.* زَلْمٌ Implevit lacum. *cca.* 2, Paucum effecit *donum. ccga.* (Peccavit, erravit; *Nares* præcîdit; *Gig.* II. Id. & *ead. constr.* 2, Lævigando, & æquando bene concinnavit *sagittam. cca.* (*Illud* emollivit. *Gig.* 3, Pravum instituit, pravumque reddidit, *nutrimentum.* (Cibum malè sumpsit, maleque pastus est. *Gig.*) *cca.* 4, Convertit *molam.* (Ex extremis molæ aliquid accepit. *Gig.*) *cca.* VIII. Exstirpavit *nasum.* Amputavit *caput. cca.* IX. Conversus est citò ordine servato. *Gig.* XI. Celeriter tergum vertit. 2, Recta constitit. 3, Illustris fuit *dies,* altiùs jam elato Sole.

زَلَمٌ ² ا ³ زَلَمٌ ⁴ زَلَمٌ ⁵ زُلَمٌ ⁶ ا ⁷ زَلَمٌ ⁸ أَزْلَامٌ ⁹ زَلِيمٌ ¹⁰ أَزْلَمٌ ¹¹ زَلْمَاءُ ¹² أَزْلَمُ ¹³ مَزْلَمٌ ¹⁴ مَزْلَمَةٌ ¹⁵ مَزْلِيمٌ ; *prim. quint. oct.* Sagitta sine alis: *pec.* Quibus aleam exercere, & res distribuendas sortiri solebant Arabes pagani. *v. Pock. Hist. Ar.* 327. Talis portio. *et. prim.* Arbor quædam fructifera. *Avic.* I. 178. 25. & 556.46. 2, *Unit. c sec. & sext.* Res exigua sub gutture capræ, *vel* ovis dependens. *ita uti* quæ auribus adnascitur, *Zenématon dcr.* 3, Ungula bifida *bovis, capræ, &c. aut* Quod existit pone eam. *et. quint. cum oct.* Animal domesticum fele minus, vix caudam habens. *sec. tert. quart. sext. sept.* Rectum, quod revera est: *ita Adverbialiter sumpta,* Prorsus, & revera *est ipsius servus ille. oct. Pl.* τοῦ *prim. & quint. non.* Lævis, æqualis, & affabre factus *scipio, sagitta*: commodæque magnitudinis, & formæ. *et. de homine*; & *cum He fin. de muliere. dec. undec.* Sub faucibus pendulos lobulos habens *ovis.* & Incisam dependente segmento, habens aurem: *quod nobilioribus fieri solet camelis.* 2, *cum* الجذع Infortunium, res malis, & afflictionibus plena. *duodec. i. q. Conj.* XI. *quam vide. dec. tert. i. q. non.* 2, Qui malè nutritur. 3, Partitus. (Hircus silvestris; Exiguo corpore; *Gig.*) *dec. quart.* Caper, capra silvestris. *Gig. ult.* Abiens, præteriens.

זלן AR. زَلَنْبُورُ ² زِلِنْبَاعٌ ³ زَلَنْبَعٌ ⁴ زَلَنْقَطَةٌ *prim.* Unus quinque filiorum Diaboli, *prout tradunt,* qui dissidia inter conjuges suscitare dicitur. *sec.* Vir diffusæ orationis. *tert.* Malus, & perversus indole. *quart.* Penis viri. Mulier pumilio.

זלע זִלְעָפָה f. Prester, procella, Unda (*conv. c* זלעב *Ar.* & ܙܠܥܦܐ) *Metonym.* Terror, tremor, ardor. Ps. 119.53. *Pl.* זַלְעָפוֹת et 11. 6. *Cn.* זַלְעֲפוֹת Lam. 5. 10.

CHAL. זְלוּעָ, זְלוּעַ Lagena, 1 Reg. 14. 3. Jer. 19. 1, 10. *It.* Gurgustium. *Plant.*

SYR. ܙܠܥ Hausit. Joh. 2. 8. ܙܠܥܐ *Pl.* ܙܠܥܐ 3 ܙܘܠܥܐ *Pr.* Haustus, *Subst. Pl.* Pateræ, calices. *sec.* Hauriens, haustor. *tert. i. q. pr.*

AR. زَلِعَ *Fut. A.* Fissos habuit pedes; *s.* superiore parte, *s.* inferiore. & Manus fissurâ affectus fuit: & *quidem* exteriùs. *Nam* si id contingat parte interiore, *tum* كلع dicitur. 2, Corruptum fuit, pravo modo se habuit, *vulnus.* (*med. Phath.* 3, Diripuit, spoliavit, in antro, *vel* per fraudem; 4, *Pedes igne* cremavit; IV. *Illum* in vase cibavit; *Illum* recibavit, quæ ungulæ ovium similis videretur, *vel* lanæ pendenti ab extremo talo ovis, *vel* cervi, *vel* leporis; *Debitum* solvere intermisit; *Gig.*) V. Fissa fuit *manus.* VIII. *i. q.* 3, IV. *Gig.*

زَلَعَ ² لَ ³ ا ⁴ زَلَعٌ ⁵ زَلِيعٌ ⁶ زَلُوعٌ ⁷ سُلُوعٌ ⁸ مِزْلَعٌ ; *prim.* Cùm quis per fraudem spoliatur. *Gig. sec.*

sec. Act. et ipsa Manûs, pedisve fissura. *tert.* Plaga corrupta. *Gig. quart.* Calcaneus cute disruptâ. *Gig. quint.* Genus quoddam baccæ à mari expulsæ, quæ oculis prominentibus adhibetur. *Gig. sext. i. q. sept. aut pro eo,* Ascensus per clivum montis. *v. in Ar.* זלק. *oct.* Qui cutem, *pec.* pedis, à carne excoriatam habet. *v. Ar.* זעב.

زلعطة Virile membrum; Mulier brevis. *Gig.*

زلع ¶ ; ازلعب ¶ ; *prim.* Ortus est *Sol.* & Extulit se *ignis.* V. Fissus fuit *pes.* VIII. Ambusta, & ustulata fuit *cutis. sec.* De novo exorti sunt *crines* post rasuram. & Primas in corpore plumas produxit *avis.*

זלף CH. זְלַף *et Pah.* זַלֵּף Stillavit: stillare fecit, fudit, infudit, effudit, evacuavit, emisit. Habac. 2. 15. *Fut.* Job 29. 6. *Ithpa. Pa. Pl.* c. 20. 28. *Ketubh.* 67. 2. *Pesach.* 20. 2. *Moed. ka.* c. 2. *Misn. Tahorot fi.* זִלְפָא Stilla, gutta: לְזִלְפִּין Guttatim. זִלּוּף Stillatio, fusio, effusio, infusio. *Pesach in* 20. 2.

SYR. ܙܠܦ 2 ܙܠܦܐ 3 ܙܘܠܦܐ 4 ܙܠܦܬܐ *prim.* Effusio; *sec.* Monetæ genus. & *illud duplex. Majus valet* 14. ܙܘܙܐ (*octantes oboli*) *Minus* 7. *tert.* Elegantia vestium. *quart.* Conchæ margaritiferæ.

ÆTH. ዘለፈ : *Syr.* ܟܣܐ Arguit, redarguit, corripuit, reprehendit. Act. 25. 16. Num. 5. 13. Psal. 49. 9. 22. *et* 93. 10. *et* 149. 7. Mat. 12. 27. Luc. 3. 19. *et* 11. 19. Joh. 8. 46. *et* 7. 7. *et* 16. 8. Rom. 14. 22. Tit. 1. 13. *et* 2. 15. Judæ 15. IV. አዘለፈ : Continuavit, assiduè, jugiter, perseveravit usque ad finem; ad ultimum, extremum usque perduxit aliquid *v. seq. Adverb.* Mat. 10. 22. *et* 24. 13. Mar. 13. 13. Heb. 3. 14. *Fut.* Rom. 14. 23. V. ተዘለፈ : *i. q.* I. Psal. 38. 14. *et* 140. 6. 2 Pet. 2. 16. Gen. 21. 25. ዝሉፍ : Ignominiosus, contumeliosus. *Pl.* ዝሉፋን : Rom. 1. 31. 1 Thess. 5. 14. 1 Tim. 1. 9. 2 Tim. 3. 4. 2 Pet. 2. 10. ዘለፋ : Castigatio, opprobrium, ignominia. Psal. 72. 14. Heb. 10. 28. Num. 5. 18. 23. ተዘለፋት : Id. Act. 19. 36. ዘለፈ : Semper, assiduè, perpetuò, continuè, jugiter. Gen. 46. 4. አነ : እሄሉ : ምስሌከ : ዘለፈ : Tecum semper ero. Psal. 24. 3. 16. *et* 15. 8. *et* 105. 40. *et* 33. 1. Joh. 9. 8. *fo.* antea, prius. ለዝሉፉ : *nunquam absque* ለ : In finem: id. Psal. 9. 6. (ለዝሉፉ : id.) v. 16. Ps. 17. 39. *et* 15. 11. *et* 30. 7. *et* 37. 6. *et* 48. 8.

AR. زلف ، زلف *Act.* زلف & زليف ، Appropinquavit, propè fuit, accessit. 2, Docuit. *Erp.* 3, Processit, præcessit; 4, Congregavit. *Gig.* II. Addidit *observationi, vel narrationi,* aliquid ex suo ingenio. *Gig.* IV. Prope admovit, adduxit. (2, Appropinquavit. *et contr.* Divisum est. 3, 3, I. *Gig.*) 4, Comportavit. V. *i. q.* 2, I. *et* 2, IV. VIII. *i. q.* 1, I. 2, Circum, *vel* circa rem venit.

زلف 2 ة 3 زلف 4 زلفة *Pl.* زلف & زلفات 5 زلفي 6 زلوف 7 ازلف 8 مزلفة *Pl.* مزالف 9 م 10 المزدلف 11 المزدلفة 12 ازدلاف ؛ *prim.* Gradus, progressus. Mansio. & *Pl.* ة *seq.* (Propinquitas, vicinitas. *Gig.*) *sec.* Structum opus, *ut* cisterna, piscina, plenum aquâ. (2, Paropsis grandior. 3, Hydriæ, *s.* lagenæ virides. 4, Eleemosyna. 5, Silex lævigatus, & politus. 6, Terra plana, æqualis, scopis mundata. 7, Funis detritus æqualis. 8, Mulier. Vultus muliebris. *Gig.*) *tert.* Pratum, hortus florum. *Gig. quart.* Propinquitas. 2, Diversorium, mansio. 3, *cum Pll.* Prima pars noctis. (4, Aqua quorundam. 5, Dignitas, dignitatis gradus. 6, Concordia. *quint. i. q.* 1, ة *quart.* Eph. 3. 12. *Erp. et* 2, 4, 5, 6, ة *quart.* 2, Propinqui. *Gig.*) Quàm proximè. *Ab. Phar. hist. Dyn. p.* 8. *sext.* Mons dissitus. *Gig. sept.* Parvo naso præditus, ejusque recto, *ac* parvo mucrone. *oct.* Regio media inter irriguam & sitientem, cultam, *ac* desertam. *non.* Scalæ, gradus. *dec.* Familia quædam. *undec.* Mecca, *quòd ad illam conveniant Mahumedani. Gig.* 2, Finitima illi quædam loca; locus in Mecca. *Id. duodec.* Accessus. *Id.*

זלק CHAL. זְלַק Arsit, combussit. *Plant.* זִלִּיקָא Fulgor, splendor, scintilla. *Pl.* זְלִיקֵי Prov. 16. 27. Radii solis. זְלוּקְפָא Ingluvies, vesicula gutturis in avibus. Levit. 1. 16. *Jon. i. q.* זפקא.

SYR. ܙܠܩܐ *i. q. Ch. Pl.* Job 3. 8. *et* 41. 9. Cant. 8. 6. Sap. 2. 4. Eccli. 28. 26. Flamma. c. 43. 4. *Off. Mar.* 6. *et* 43.

AR. زلق *Fut.* O. Movit *loco. ccar.* & عن *loci.* 2, *Gig. et. Fut.* I. Rasit, lævavit, *caput.* 3, *Fut.* O. *uti et med. Kesr.* Recessit, excessit *suo loco. cc* ب. 4, *Gig.* & *med. Kesr.* Lapsavit *pes* in lubrico. Prov. 14. 19. II. & IV. *i. q.* 2, I. *cca.* & IV. *Transf.* ة 4, I. 2, Torvè aspexit. *ccap.* 3, *Intransf.* Abortavit *camela.* (*et.* IV. *Irato aspectu illum adspexit;* Obtutum *erga illum* defixit; *ccap.* & ب *r. Illud* lubricum reddidit. *cca. Gig.*) III. Removit. *Avic.* I. 249. 23. V. *i. q.* 4, I. Lubricum fit. *Av.* I. 296. 17. VII. VIII. *Id. aut* Labilis, & lapsui ejusmodi obnoxius, fuit. Lubricavit. *Avic.* I. 579. 30.

زلق 2 ة 3 زلق 4 زلق 5 ز 6 زلاق (ل 7 زليق 8 زلوق 9 سقط 10 زليق *Gig.*) 11 زملق ، زمالق ، زملق 12 زلقة 13 مزلق ، مزلقة ، مزلقة ، ز 14 ازلاق 15 مزلق 16 مزلاق 17 مزلاج 18 مزلق 19 مزليق 20 ازدلاق 21 زلق الامعا 22 زلقوم ¶ ؛ *prim. Act.* & *sign. ult.* Lubricitas. *Av.* I. 549. 19. 2, Lubricus *locus:* ubi facilè pes prolabitur; & *cum* ة *e fin.* Tenax *s.* glutinosum *thus. Avic.* I. 190. 8. 3, Clunis bestiæ, jumenti. *sec.* Silex lævigatus, & expolitus; Mulier lævis. *Gig. tert. i. q.* 2, ة *prim.* Jer. 38. 22. 2, Sidus, stella quælibet. *Gig.* 3, *i. q.* 3, ة *prim. quart.* Locus lubricus; 2, Terra quædam; Fluvius quidam; *Gig.*) *quint. i. q.* 2, 3; ة *tert. Gig.* 2, Citò irâ excandescens. *Id.* 3, Cui sperma genitale effluit ante congressum. 4, Lapsans. Psal. 34. 7. *sext.* Instabilis, lubricus. *Gig. sept.* Longè dissitus, *aut* protensus *montis clivus. v. in Ar.* זלג *Camela* velox. *Gig. oct. i. q. non,* 2, Abortus, casus. *Gig. dec.* Species mali Persici glabra, *ac* lævis. Pruni. *undec. cum* م *servili. i. q.* 3, ة *quint. Duodec. i. q.* 2, ة *prim. Dec. tert. i. q.* 3, ة *prim. Marlakaton et.* Lubricus locus. & Lubrificativa, lubricantia. *Avic.* I. 296. 25, 27. & II. 102. 9. *dec. quart.* Lubrificatio, lubricitas, lubricitates. *Avic.* I. 161. 45. *et* 166. 14. *dec. quint. i. q. quart. dec. sext. i. q. dec. sept. aut pro eo,* Vectis portæ, pessulus. 2, Multùm abortiens *equa. dec. oct.* Lapsus. *Avic.* I. 77. 35. *dec. non.* Intinctio *corporis in oleis* donec lubricum sit. *Bd. Viges.* Instabilis. *Gig. viges. prim.* Lienteria, lubricitas viscerum. *Avic.* I. 39. 24. *viges. sec.* Frumen, fauces.

זלת זוּלַת ,זוּלָת *et cum* י *parag.* זוּלָתִי Præter, nisi, excepto: 2 Reg. 24. 14. Deut. 1. 36. *Af.* זוּלָתִי Præter me. Hos. 13. 4. זוּלָתְךָ Præter te. Esa. 64. 4. בוולת Absque *Rab.*

CHAL. זלתא *v.* ולת.

SYR. *Aph.* ܐܙܠܬ Illuxit.

ÆTH. ዘለት : *i. q.* ጸለት : *vel pro eo.* Psal. 6. 9. *Poc.*

זמם זָמַם Cogitavit, datâ operâ aliquid aggressus, molitus fuit, *plerunque in malum.* Deut. 19. 19. Zach. 8. 14; 15. Psal. 17. 3. *Pa.* 37. 12.

זִמָּה m. Cogitatio, *et in malum* Scelus præmeditatum, scelerata cogitatio, vafrities. *Af.* Psal. 140. 9. זִמָּה f. Cogitatio, scelus. Levit. 18. 17. *Cn.* Ezech. 23. 21. *Af.* 16. 58. Fornicatio. Job 31. 11. *Ch.* & *cum* י *parag.* זִמָּתְכֶנָה Scelus vestrum. 23. 48. *Pl.* Job 17. 11.

מְזִמָּה f. Cogitatio, solertia, prudentia, caliditas *abstinendi à malo,* cautio: scelus. Prov. 1. 4. & 2. 11. Psal. 139. 20. & *geminato* ה *cujus prius* ת מְזִמָּתָה Scelus gravissimum. Jer. 11. 15. *Af.* 51. 11. *Pl.* אִישׁ מְזִמּוֹת Vir scelerum, *i. e.* sceleratus. Prov. 12. 2. *Af.* Psal. 10. 4.

זַמְזֻמִּים Zamzummim. *Nom.* Populi. Deut. 2. 20. *Ar. nostr. exp.* Magnanimos. *Al. i. q.* זוזים Gen. 14. 5.

CHAL. זְמַם ,זְמָם *i. q. H. Ithpah.* אִתְזַמְּמוּ *irregul.* Cogitabundi estote. Esa. 29. 9. עד זומם Testis qui malitiosè testimonio suo alterum evertere sataget. *Pl.* Incongrui. *L'Empereur Ba. Ka.* 148. *Lightf. Hor. Heb.* 303. עד הוזם Testis factus mendaciter excogitare, *aut* testari, *i. e. de testimonio ficto convictus.* Maccoth c. 1. 1. זוממים זוממי Qui dolo testes falsos aggrediuntur, ut illorum mendacium in lucem protrahant. *Hiph.* הוזם Improbavit; testium malitiam argumentis detexit. מוזם Testium scelere ad pœnam perpulsus. *Ir.* Capistravit, frænavit, refrænavit. *Pa. Pl.* Gen. 13. 7. *Pah. Fu.* Deut. 25. 4. *Jon.* & *H. Terumah* c. 9. הֲזָמָה ,הוּזָמָה Excogitatio falsa. *Metzia* 3. 2. *et* 4. 1. Evictio mendacii. *Maimon. Hilc. Eduth.* c. 18. זְמוּמִים Cogitationes, molimina. *In Ber. rab. s.* 26. *est* unum ex 7 nominibus Gigantum. *v.* אים. זמומי Instrumenta musica. *Erubhin.* 104. 1. *Aruc* חלילין tibiæ, *Gl. T.* Cymbala. זָמָם ,זְמָם ,זִמְמָא Frænum, capistrum; annulus in naribus bubali. Psal. 39. 2. *Ch.* Esa. 37. 29. *Cn.* 30. 28. *Pl.* זְמָמִין Eccl. 10. 9. *Cn.* זְמָמֵי Gen. 24. 32. *Jon. Sanhed.* 107. זְמִין ,זְמִיוֹן Cogitatio, machinatio. *Pl.* זְמִיוֹנִין Job 21. 27. *Af.* Ps. 146. 4. זְמוֹמִים ,זְמְתָנֵי ,זִימְתָנֵי Zimtane *i. q. H.* Deut. 2. 20. *Jon.* זִמָּה Scelus, flagitium; impudicitia, libido, scortatio, incestus. *Nedarim* 51. 1. *Jebhammoth* 37. 2. מרבה שפחות מרבה זמה Qui multiplicat ancillas, multiplicat fornicationem. *Avoth* c. 2. 7. זָמָם *Rab.* Falsus testis. זמין Nares. *Sch.*

SYR. ܙܡܙܘܡܐ Tinnitus aurium: Vermiculus alatus: Inauris, frænum, *quo nares jumentorum constringuntur* ܙܡܐܡܐ ܕܢܚܝܪܐ Annulus Æthiopum, quem in naso gestant. *It.* Planta sesamo similis. *BB.* Circulus ad ornatum suspensus à labris. *F.* ܙܡܙܘܡܐ Smegma, Hist. Susan. 17. Mundulus, *ad vestium ornatum refertur.*

ÆTH. ዘመም : Circulus naribus ferarum alligatus. Job 40. 7 *L.* ዘም : Cruor. Jud. 6. 19.

AR. زم ، زم *Act.* زم ، Ligavit, constrinxit: *pec.* habenâ *jumentum. cca.* et Capistravit. 2, Corrigiis adversis adstrinxit *calceum. cca.* تقدم (Præcessit *in incessu. Gig.*) 4, Sursum sustulit *ca-* ب Sursum traxit, *pro-* ب 5, Superbivit. *put. cc* tenditque *nasum. cc* 3, *i. q.* 6, Petivit, captavit, *ovem lupus. cca.* 7, Locutus fuit. 8, Implevit *utrem.* 9, Impletus fuit *uter.* (10, *Domus mea* appropinquavit *domui illius. cca. Ad ædem illius meus obvertitur. cca. Gig.*) Alligavit collo habenam. 2. *Pass.* Colligati fuerunt ab aliis, ob multitudinem *cameli.* 3, *i. q.* 9, I. IV. *Pass.* 1, I. VIII. *i. q.* (5, *Gig.*) 6, I. 2, Caput extulit *lupus. Gig.*

زمام 2 قصك 3 زام 4 زمام *Pl.* ازمة 5 زمام 6 زميم 7 مزم 8 الازميم (*Gig.* ; *prim. i. q. sec.* 2, Ex adverso respondens: propinquus. v. 10, I. *tert. Ag. pec.* Superbus. *quart. c Pl.* Funiculus annexus annulo, qui per cameli nasum trajicitur; *ut eo regi possit.* ei deinde alligatur habena. 2, *ipsa* Habena, quâ ducitur, *aut* ab incessore regitur camelus. Capistrum. Ezech. 12. 13. 3, Corrigia calcei. 4, Obsidio. Ezec. 4. 2. Nah. 3. 14. Zach. 12. 2. *quint.* Herba, & germina procera. *Gig. sext.* Malum odorem habens. *Avic.* I. 167. 41. 2, Cùm in matricula quis describitur; *Gig. sept.* Obsidio. Jer. 19. 9. & 28. 30. *oct.* Nox aliqua extremi mensis; Luna ad extremum mensem; *Gig.*

¶ Q. زمرم Sonuit fragore *tonitru*. 2, Murmuravit. Psa. 58.17; et 77.23; et 105.25; *Rom.* 3, Verba fecit, *s.* mussitavit, murmuravit inter edendum *Magus*, *aut* circa tempus sumendi cibi. II. Barrivit, vocem murmurantis emisit, *camelus*. (Nitrivit *equus et. de cæteris quadrupedibus*. 2, *i. q.* 1, I. *Gig.*)

زمرم ² ٨ ³ زمزم، زمزيم ⁴ ٨ ⁵ زمزم

⁶ زمزوم، زمازم; *prim Nom* putei Meccani: *in quo fidelium animæ; Pock. P. M. N.* 250. *sec. Act.* ⁊ 1. & Vox quæ cum susurro eminus auditur. (Vox absona brutorum inter nares & guttur, cùm comedunt, *vel* bibunt; & *Act.* 3, I. *tert.* Annosus camelus. 2, Multitudo camelorum, in quibus nulli sint parvi. *quart.* Hominum cœtus, & caterva. (Quinquaginta *viri, cameli*; & 2, ⁊ *tert. Gig.*) *quint.* Multa *aqua. Gig. sext.* Præstantiores *ex illis*; Centum *ex illis*. 2, Scelestissimi *virorum. Gig.*

זמב

CH. מבלינא וזמבלינא *i. q. s. pro* בלנ *v.*

SYR. ܙܡܒܘܠܐ & ܙܡܒܠܐ Ulcera, suppurationes, apostemata, *It. i. q.* ܙܡܒܠܐ.

זמג

AR. زمج Implevit *utrem*. 2, Concitavit eos contra invicem. *cc* بين 3, Ingressus est *ad illos* absque venia. *cc* علي *Gig.* 4, *med. Kesr.* Iratus fuit.

زمج ² ٨، ٨ ³ مزميج ⁴ زامج، زمجي، زماجة ⁶ ، زمجة ⁵ زميجي

⁷ مزميج; *prim.* Ira. *sec.* Iratus. *tert. Nom.* avis rapacis. Lev. 11.16. Deut. 14. 17. *quæ Persicè* دو برادران & زمج *i. e.* duo fratres, *dcr. quia prædæ impar à socio juvatur. quart.* Universitas. زماجة، زماجهم *Viri omnes*. *Res tota. quint.* Rostrum *struthocameli. sext.* Uropygium, unde oritur cauda avis. 2, *ipsa* Cauda. *v.* & *Ar.* זמך *sept. i. q. sec.*

¶ Q. زمجر Rugiit *leo* (frequenter. *Gig.* II. IV. Id. *Gig.*)

زمجر ² ◻ *Pl.* زماجير & زماجر; *prim.* Leo. 2, Sagitta tenuis. 3, Vox. *Gig. sec. c Pl.* Murmur: clamor. *v. in Ar.* זגר Vox. *Gig.* 2, Pernicies, *s.* damnum, granis accidens. *Id.*

זמד

ÆTH. ዘመድ: Genus, natio, familia, progenies. *Heb.* נצמד *Est arcta inter homines ejusdem familiæ conjunctio.* Mat. 10. 21. *et* 13.47. Apo. 22.16. *Pl.* አዝማድ: Parentes, cognati. Ps. 14.14. *et* 30.14. *et* 37.12. *et* 87.19. Luc. 1.36. *et* 23.44. Rom. 9.3. Eph. 6.1.

זמה

CHAL. זְמֵי, זְמָה Mulctavit, punivit, mulctam, tributum, imposuit. *Fu.* Deut. 22.19. *Jon. Medrasch Ruth. c.* 1. *v.* 1. זימון *Aruc ex Vajikra rabba s.* 34. *ubi nunc* מורסין ומונות, זומין, זימיות, זומיא. *Gr.* ζημίωσ. מהב עין Tributa, mulctæ. *T. H. Peah.* 1. *s.* 9.2. *Gittin c.* 5. *fi. Ber. rabba s.* 1. *Vajikra rab. s.* 33. *Gr.* ζημία. זימין Nares piscium majorum, *vel* fistulæ, quibus aquam ore collectam efflant, & ejiciunt. *Bava basra.* 74. 1. זהם & וזהמא *v.* זוהמא *i. q.*

AR. زمهج *Herba* virescens, & multa. *Gig.*

زمهر Rubuit præ ira *oculus*. IV. Id. 2, Austerior fuit *vultus*. 3, Vehementer friguit *dies*. 4, Scintillarunt *stellæ*.

زمهر ² زمهرير ³ مزمهر، ٨ *Gig.* ¶ 4 IV.

ازمهل ⁵ مزمهل ⁶ مزمهل; ⁷ زمهران ⁸ زمهران الصغير الكبير *prim.* Iratus, iracundus. *c He fin.* Vehementia *frigoris. Avic.* I. 45.1. 2, Ridendo stringens dentes. *sec.* Vehemens frigus, algor. Psal. 17.14. *Rom.* 2 Cor. 11. 27; Tartarus. 2 Pet. 2.4; *Erp. et c Je fin. Avic.* II. 24.48. κρυμώδης. 2, Luna. *Gig. tert.* Admodum iratus, *s.* iracundus. (Iratus risum præ se ferens. *Gig.*) *quart.* Decidit *pluvia*. Fluxit liquefacta *nix*. *quint. i. q. sext.* 2, Limpida aqua. 3, Cujuslibet rei media pars. *Gig. sept. oct.* Nomen medicamenti compositi. *Avic.* II. 184.39. *t.* & 185.16. *t.*

זמו

ÆTH. ዘመወ: *Heb.* זנה Fornicatus, scortatus, meretricatus fuit; incontinens, impudicus fuit, adulteravit. Mat. 5.28, 32. Psa. 105.37. *Inf.* ዘሚወ: 1 Cor. 7.9. *Legebat fo. Æthiops (verba sunt Cl. D. Interpretis)* πορνεύσθαι *pro* πυρῦσθαι *vel quod magis suspicor in Exempl. Gr. incuriâ forsan scriptoris, jam olim irrepsit in textum pro* πυρῦσθαι, πορνεῦσθαι. *De quo nihil inter omnes Var. Lect. nras. Fut.* Mat. 5. 27. Psa. 72.26. ዘማዊ: Adulter, mœchus, fornicator. *Pl.* ዘማውያን: 1 Cor. 5.11. *bis occurrit: loco poster. leg. putat Cl. D. Interpres*, ወዘንጋግን: *(prostibulis convenit cum convitiatoribus,)* ዘማ: Meretrix, scortum, prostibula, adultera. Apoc. 17.1. *Plur.* ዘማት: ዘማውያት: Mat. 21.32. Luc. 15.30. Psa. 49.19. ዝሙት: Fornicatio, scortatio, lascivia, libido, adulterium, impudicitia. Mat. 15.19. Joh. 8.3. 1 Cor. 5.1. Judæ 22. አዘመወ: Abstinentia, continentia, castitas. Gal. 5.23. 2 Pet. 1.6.

ዘማ: Tonus, sonus continuus. *Org. JL.*

AR. زماورد, *Pers.* بزماورد, Edulii genus ex polline, amygdalis contusis, & melle.

זמז

SYR. ܙܡܙܘܡܐ Tibia flatu sonora. ܙܡܙܡܐ Oscilla. *BB.*

AR. زمز ² زمازم; *prim.* Vas commovit postquam plenum fuit, ut firmiùs staret. *Gig. sec.* Conferta, & simul condensata *caro*. *Id.*

זמח

AR. زمح، زمّح (& زموح *Gig.*)

² زامح ³ زماح ⁴ زمحن ⁵ ٨ زميح

⁶ زمحيل; *prim.* Ignobilis. (Calumniator. *Gig.*) 2, Brevis, & despectus. 3, Niger, *ac* deformis. *sec.* Furunculus. *tert. Nom.* avis, quæ infantes è cunis rapit. *quart.* Improbæ naturæ, & pravæ constitutionis. *Gig. quint.* Cùm avis *præs.* interficitur, *vel* infantem interficit. *Id.*

¶ زمخ *i. q.* شمخ, *aut pro eo*, Nasum sustulit, superbivit. Altus fuit extulit se. Jer. 2.5.

زامخ *Pl.* زمخ ² زموخ; *prim. c Pl.* Superbus, elatus. 2, *Adject.* Copiosa, *ac* redundans *mensura*. 3, *Pl.* Longæ nares. *Gig. sec.* Longinquus *mons*. *Id.*

¶ Q. زمخر Valida fuit *vox*, & reboans; 2, *Pardus* iratus fuit, & ululavit; 3, *Folliculus herbæ* emersit; *Gig.* IV. *i. q.* 2, I. *Id.*

زمخر ² زمخري ³ زمخرن ⁴ زماخري;

prim. Tibia, fistula; 2, Telum; 3, Herbæ implicitæ; Multa arbor, multúmque implicita; 4, Uterosus, mollis, & videndo jucundus; *Gig. sec.* Sagitta: *pec.* longa, *ac* tenuis. 2, Fidicina: aulœda. *vel* meretrix: *quales illæ, si publicæ, in Oriente ferè esse solent. v. in Ar.* זמר *tert.* Crura, *pec.* anteriora, longiora habens *struthiocamelus*. 2, Procerus: Uterosus. *Gig. quart. i. q.* 2, ⁊ *tert. Id.*

זמט

CH. מוּמוּט Canticum nuptiale, epithalamium: *Tal.* genus ludorum, qui fiunt coram sponso, & sponsa, eos lætificandi causâ. *Pl.* מוּמוּטין Deliciæ. Job 36.11. *Conft. Chagiga.* 14.2.

זמך

SYR. ܡܙܡܘܟܐ Vas munctorium, lychnuchus, patella lychno subjecta stillanti oleo excipiendo. *Pl.* Exo. 25.38. 1 Reg. 7.50. Jer. 52.19.

AR. II. زمك Irritavit *eum contra alium. ccap.* & على *r.* 2, Implevit *utrem. cca.* XI. Vehementer iratus fuit.

زمكي (زمج *Gig.*) ² ٨ زمكة; *prim.* Radix caudæ avis, uropygium. *vel ipsa* Cauda avis. *v. in Ar.* זמג. 2, Cum res in aliam immittitur; *Gig. sec.* Qui facile irascitur *vir*; 2, Demens pumilio; *Gig.*

זמל

CH. מבלינא וזמבלינא *i. q.* בלנ *v.* וזומא ליסטרון וזומא ליסטרא, ליסטרון וזהמא Spatha, rudicula, *i. e.* cochlear quo despumantur carnes. *Kelim c.* 13. & 25. *Bava metzia* 33.1. *Schab.* 123.2. *ubi* ניסטרון, *sed in Gl. per* ל. *Horajoth.* 13.2. *Gr.* λίσεσ. *Pollux lib.* 6. *c.* 13. & *lib.* 10. *c.* 24. *sub censum refert vasorum culinariorum.* זְמַלְסְטַר Id. *DP.* & *CL.* וזמלסטרון *Schab.* 123.

SYR. ܙܡܠ ܙܡܠܐ, ܙܡܠܘܢ, ܙܡܠܘܢܐ ܙܡܠܘܢܐ *prim.* Scalprum. Jer. 36.23. *sec. tert. quart.* Scalpellum, culter, cultellus. *quart. pec.* Cui non est manubrium. ܙܡܠܘܢܐ *Alo'ym. i. q.* בקראת *Ar.*

AR. زمل *Fut.* I. & زمال O. *Act.* Cucurrit inclinans ad unius lateris onus, & latus alterum attollens: *ut jumentum, cum inæqualiter onustum.* 2, Claudicavit *camelus*. 3, *Trans. i. q. Ar* ארדף *cca.* 4, Præ alacritate saltitare visum est *jumentum. Gig.* 5, *Illum* secutus est; *Cum illo* supra idem jumentum vectus est. *cca.* Id. II. Involvit, recondidit *illum in veste sua*. Involvatur. *Avic.* II. 33.29. في *r.* V. Semet involvit vesti suæ, *secap.* & que recondidit in ea. VIII. Portandam sustulit *rem. cca.* IX. *i. q.* V.

زامل ⁴ زميل ³ زمل ٨ ² زمل، زمل

٨ ⁵ ٨ ⁶ زملة ⁷ ر، زملة ⁸ زومله ⁹ ازمل، ٨

ازمول ٨، ازمول ¹² ازميل ¹¹ ازملة ¹⁰

٨ ¹³ زملة ¹⁴ مزملة ¹⁵ زملق، زملق، &c.

¹⁶ المزمل; *prim.* Sarcina. *Gig. sec.* Familia, gens, soboles. *Id. tert.* Secundus insessor, qui ponè alium sedet, vehiturve. *quart.* Quem alius sequitur. 2, Inclinato corpore, *s.* subclaudicando incedens præ alacritate: *de jumentis. quint.* Camelus onerarius, qui supellectilem, & commeatum portat. *sext.* Societas: Multitudo virorum. *Gig. sept.* Cucumeres involuti, & implicati; 2, Pallii figuræ, & ornamenta; 3, Pullus jumenti priore pede mutilo; *Gig. oct.* Camelus sarcinis onustus; 2, Ancillæ filius; *Gig. non.* Sonus, *pec.* confusus, *s.* strepitus, murmur: *ut* qui est veretri equini in loculo suo. 2, Vox; *Gig.* 3, *Adject. f.* ◻ Multus: totus. *sic, Biazmélihi, Res tota, ac* universa. *dec.* Res multa; 2, Stridor arcûs; *Gig. undec. Gr.* σμίλη, Scalprum, culter sutorius: *etiam* qui imponitur hastili ad venandos boves. 2, Malleus. (Clava. 3, Vir fortis. 4, *contrà*, Imbecillus. *Gig.*) *duodec.* Vociferans contra, *&c. dec. tert.* Coæquatio oneris, ab utraque latere impositi camelo. 2, Cùm duo eodem *camelo* vehuntur. *Gig. dec. quart.* Id in quo aqua refrigeratur. *Vox popularis. Gigg. dec. quint. v. in Ar.* ולק *dec. sext.* *Ità dictus fuit Muhammedes, eò quòd ex Epilepsia, scelerum ultrice, tremulus, & trepidus aspectu hominum subduci, vestibusque contigi voluerit. Hott. Hist. Or.* 11.

زمل، ٨، ٨ زمال ; زميل، زمال، & *duo hæc*

hæc etiam c ۸, c.g. Pusillanimis, ignavus, languens.

זמן זְמַן m. Tempus, *propriè* condictum, & determinatum. Eccles. 3. 1. *Af.* Esth. 9. 27. *Pl.* v. 31. *In libris Captivitatis, sc. Esr. Neh. Esth. occurrit tantùm, & semel in Eccl.* זִמֵּן Paravit, præparavit, destinavit: citavit, invitavit, convocavit, congregavit, *ex condicto, & ad certum tempus, vel locum. Pyh. PP. Pl.* Ezr. 10. 14. Nehem. 10. 34. & 13. 31.

CHAL. זְמָנָא זְמַן זִמַּן *i. q. Heb. & ib. It.* Dan. 7. 12, 22. Genes. 18. 14. & 17. 21. *It.* Conventus; fœdus, testimonium, cœtus, solennitas; *i. q. Heb.* מוֹעֵד. Deut. 31. 14. Num. 1. 1. *Af.* Esa. 33. 20. *It.* Aliquando, tandem. מי שיבקש אח בלי מום וילכהו בלי אח Qui amicum quærit sine culpa, sine amico incedet tandem. *It.* Semel, unâ vice. *Pl.* זִמְנִין. Dan. 6. 10. Gen. 1. 14. & 27. 36. *Em.* Dan. 2. 21. *Rabb.* זימנין *Repetitum in continuatione sententiæ,* Interdum, quandoque. זימנין טוב וזימנין רע quandoque bonus, quandoque malus. *Nidda* 47. 2. *Gram.* זמן הווה Tempus præsens, עבר præteritum, עתיד futurum. זְמַנִּי Temporalis, f. זְמַנִּית. זִמֵּן *i. q. Heb.* זִמֵּן Exo. 19. 14. 1 Sam. 9. 24. & 7. 1. *Part. Pehil, & Pyhal.* מְזוּמָּן Paratus, invitatus. Exo. 34. 2. & *Pl.* c. 19. 15. 1 Sam. 9. 13, 22. Esth. 5. 12. Job 2. 11. *Ithpah.* Id. *Pa.* מִזְדַּמַּן c. 33. 23. *It.* Convenit, obvenit, evenit fortuitò. Jos. 11. 5. Amos 3. 3. *It.* Coivit. *Inf.* Gen. 19. 31. *Heb. Rabb. & Tal.* נודמן *pro* אודמן Id. *R. Da.* Psa. 25. *init. Sanhedr.* 106. 2. *Aph. i. q. Pah.* Genes. 24. 7. *Jon.* 1 Sam. 16. 3. *Rabb. in usu multum. Nedar.* 50. 2. *Moed ka.* 16. 1. זְמָנָא Prandium, convivium, invitatio ad convivium. Esa. 25. 6. זימון זמון מְזֻמָּן Præparatio trium ad sumendum cibum, *sc. ad* בִּרְכַּת הַמָּזוֹן consecrationem cibi dicendam. *Sic vocantur tres & plures, ad mensam prandendi causâ sedentes, inter quos unus, veluti paterfamilias, aut dignior aliquis Rabbi hospes, si adsit, consecrationem, & preces mensæ, clarâ voce recitare cogitur, quod dcr.* גדלו לה' אתי Psa. 34. 4. magnificate *(intelliguntur 2. saltem)* mecum *ibi tertius. Elias. Si duo tantùm sint, quisque submissè per se orat.* זומן זימן Tinctura, aqua cum furfure cocta, *quâ tinctores utuntur. Hâc in festo Paschatis uti prohibitum, quia aliquid farinæ immixtum, quæ omnis fermentata eo festo prohibita. Pesach.* c. 3. 1. *Gloss.* זוּמָא. זימי *Heb. qs. Gr.* ζύμη. הַזְּמָנָא הַזְמָנָה Citatio ad judicium. פִּתְקָא דְהַזְמָנָא Libellus citationis. *Kiddusch.* 70. 1. *It.* Præparatio. *R. Da.* Joel 3. 18. *It.* Invitatio: pactum. מִבְּלִי הַזְמָנָה Absque pacto: *de improviso, sine loci, aut temporis significatione.* שֶׁלֹּא בִּזְמָנָה Quod non est in pacto. *Sch.*

SYR. *Pah.* ܙܡܶܢ Invitavit. 2 Sam. 13. 23. Luc. 14. 7, 8. Præparavit, apparavit. Jer. 12. 3. *Ethpa.* ܐܶܙܕܰܡܰܢ Invitatus est. Luc. 14. 8, 10. ܡܙܰܡܢܳܐ ܘܡܙܰܡܢܳܢܳܐ 2 ܙܘܳܡܢܳܐ 3 ܡܙܰܡܢܳܢܘܬܳܐ 4 ܙܘܡܳܢܳܐ 5 ܡܙܰܡܢܳܢܘܬܳܐ 6 ܙܶܡܳܐ. *prim.* Invitatus, *Part. sec. tert. quart. & quint.* Invitatio, invitamentum. *sext.* Bombus apum. *BB.*

SAM. ࠆࠌࠍ *Heb.* זמם Cogitavit. Deut. 19. 19. *Aph.* ࠀࠆࠌࠍ Occurrit, convenit: convenire, evenire fecit; *pec.* fortuitò, prosperè; præparavit. Num. 23. 3. Gen. 24. 21. 12. 14. 40, 42. & 27. 20. Constituit, indixit. c. 41. 43. Num. 35. 21. *Ithp.* ࠀࠕࠆࠌࠍ *Heb.* נועד Congregatus est, convenit. Exo. 25. 22. & 29. 42. & 30. 36. Num. 10. 3, 4. Convocavit. Levit. 23. 21. ࠌࠆࠌࠍ Occursus. Genes. 18. 2. & 19. 1. & 24. 65. & 29. 13. & 30. 16. Convocatio. Exo. 12. 16. Lev. 23. 3, 7, 8, 21. Num. 28. 18. 25. 26. *It.* Conventus. Deut. 31. 14. ࠌࠆࠌࠍ E regione. Gen. 15. 10. Exo. 7. 15.

ÆTH. ዘመን: *ut Heb.* Tempus statutum, præfinitum, &c. Lev. 26. 3. Deut. 16. 15. Act. 27. 9. Apoc. 1. 3. & 22. 10. *Pl.* አዝማን: c. 12. 14.

AR. زمن *Act.* زمن، زمنة، زمانة، Temporis, & ætatis noxâ affectum, *aut* ex onere nimio læsum fuit, *animal.* 2, Ad insaniam amavit. *Gig.* 3, Perniciem passa est *sementis. Id.* 4, Dirupit *eos.* Mat. 7. 6. 5, *etiam c Phatha,* Claudicavit *vir*: mutilatus fuit. *Id. Avic.* I. 25. 50. *B.* Paralyticatur. 6, Contraxit. *Avic.* II. 99. 8. & Contractum fuit. 98. 38. *Bd.* III. Præfinivit tempus. IV. Tempore multo duravit. (Consenuit. *Gig.*) 2, Tardavit, distulitque facere. VIII. Contigit, opportunè contigit. *Gigg.*

زمن، زمان، أزمان، أزمنة، *Pl.* زمانى، زمن 2 (ر زمنى *Pl.* زمنون، زمنين، زمنى *Gig.*) 3 زمانة 4 ذات الزمين (ﻪ *Gig.*) 5 زمنة 6 زمنة 7 زمانا 8 زمانات 9 زمنة 10 مزمن (ر *Gig.*) 11 مزامنة; *prim. c Pll.* Tempus: *de* multo, & pauco *dcr.* (Opportunitas temporis. *Gig.*) *Pl. prim.* Eph. 1. 10. Act. 1. 7. *Erp. Pl. sec.* Eph. 1. 10; *Erp.* 1 Thes. 5. 1. 1 Tim. 4. 1. Tit. 1. 2. 2, Fortuna: *ut qua cum tempore mutatur. et.* Zamânon Contractio. *Avic.* I. 608. 11. & *c He fin.* II. 10. 19. *sec.* Affectus temporis, ætatisve noxâ, *aut* dorsi vulnere ex onere. Membro mutilus *vir. Gig.* Lev. 21. 18. 2 Sam. 4. 4. Act. 8. 7. & 9. 33. Heb. 12. 13. *tert.* Tempore quodam elapso. *quart. i. q. quint.* 2, Amor. 3, Calamitas, & pernicies, quæ animalibus accidere solet. *pec.* impotentia pedum. (Sementum, & germinum morbus, *s.* pernicies. *Gig.*) *sext.* Mutilata aliquo membro *mulier. Gigg. sept.* Diu. Eccli. 27. 3. *oct.* Mutilationes. *non.* Temporarium. 2 Cor. 4. 18. *dec.* Diuturnus, *Avic.* I. 230. 10. & 125. 20. Diu eodem modo permanens, vetus. *c He fin.* Chronici *morbi. Gig. undec.* Ad certum tempus. *Gig.*

זמע AR. زمع *Fut. A.* Lentè incessit, tardigradus fuit. 2, Decrevit, constituit. *cc* ب *Gigg.* 3, Peperit. (Abortivit *camela. Gig.*) 4, *i. q.* 1, IV. *Gig.* 5, Vertice crassiore fuit funis. *Id.* 6, Futurum fuit. *Id.* 7, *med. Kesr. contr.* τῇ *sign.* 1. Properavit, acceleravit. 8, Mente perculsus, & attonitus fuit ex metu. IV. Firmo animi proposito se applicuit, instititve negotio: diligenter prosecutus illud fuit. *cca. vel c* على 2, *Intrans.* Cucurrit, proripuit se, *lepus.* 3, Citò pullulavit, seque explicuit, *planta.* 4, *i. q.* 2, I. 1 Sam. 20. 9, 33. Joh. 4. 4; *Erp.*

زمع 2 ﻪ 3 ﻪ 4 ۸ *Pl.* زمع، زماع، زمع 5 (& زماع، أزماع، *Gig.*) زمعات، زماع 6 ر 7 زمعى 8 أزمع *Pl.* 9 زماع 10 زموع 11 (ر *Gig.*) 12 زميع *Pl.* زمعاء 13 زمعان 14 مزمع 15 مزمع 16 ۸; *prim. Act.* 3, I. *sec.* Properans, festinans. 2, Cùm quis ob iram, *vel* mingit, *vel* lachrymatur. *Gig. tert. Act.* 7, 8, I. 2, Perculsio, *et* attoniti animi stupor. 3, Sequior, viliorque pars hominum. 4, Torrens tenuis, & modica aqua; 5, Cùm consistis ad partem vitis ad quam botri prominent; 6, Additamentum in digitis; 7, Consternatio, pavor; *Gig. quart. c Pll. duob.* Res adnata posticis partibus ungulæ bifidæ: *ut bovinæ, caprinæ.* 2, *uti Pl. Zema-on pro Sing.* Calcar galli. 3, Aquæ exiguus alveus, & angustus. *Gig. Pl. Zemaâton* Pedes leporini. *quint.* Crabro, *vel* vespa absque aculeo; 2, Intrepidus, qui indigentiam non formidat; *Gig. sext.* Sincerè in negotiis agens; Rem certò constituens; *Gig. sept.* Vilis, ignobilis; 2, Qui citò irascitur; 3, Infortunatus, calamitate vexatus; *Gig. oct. Vir* in cujus digitis sit additamentum. *Gig. non. dec. i. q. sext. Gig.* 2, *dec.* Properantia; Diligentia, & Promptitudo. Audacia. *undec. i. q.* 1, *τῆ sec.* 2, Lepus, *cen* brevi gressu incedens. *duodec. i. q.* 1, *τῆ sec.* 2, Promptus, & diligens in prosequenda re. Audax. Strenuus. Promptâ, & egregiâ pollens prudentia. *dec. tert. Act.* 1, I. Lentus progressus. 2, Mulieris agilitas, *s.* levitas, *ac* celeritas. *Gig. dec. quart.* Constans; diligens. Futurum. Esa. 47. 13. Sap. 15. 9. Eccli. 42. 20. & 11. 8; & *cum He fin.* Heb. 10. 1. *Gig.* Heb. 6. 5. *Plur.* Rom. 14. 10; Colos. 2. 17; Rom. 4. 24; 1 Thes. 3. 4; Heb. 1. 14; *omn. Erp. dec. sext.* Genus congressûs cum muliere, cùm supra extremos pedum digitos consistunt. *Gig.*

זמק AR. زمق *Fut.* I. & O. Vulsit, evulsit, *crines.* 2, *i. q.* زنق, *aut pro eo,* Discrevit, discriminavit, barbam suam. *cca.* 3, Reseravit *seram.*

زمق ۸ 2 زميقة 3 مزماق 3 مزموق، زميق; *prim.* Discriminata *barba. sec.* Nihil à me lucratus est. *Gig. tert.* Anguli *oculorum. Avic.* II. 138. 44.

זמר זָמַר Putavit, amputavit, rescuit, præcidit. *Fu.* Levit. 25. 3, 4. *Niph.* Esa. 5. 6. *Pih.* זִמֵּר Cecinit, psallit. *Notat modulationes artificiosas, certis cæsuris, & numeris incisas: propriè ad instrumenta refertur. cca, & cum* ל *et* אֶל Psal. 147. 1. *et* 47. 7. & 59. 18.

זְמוֹר m. & זְמוֹרָה f. Palmes, surculus, propago, *quod putari solet.* Num. 13. 24. Mittunt אֶת־הַזְּמוֹרָה palmitem, ad nasum suum; *Et ritus dicitur colentium idola palmitem ad nares applicare, Al.* Fœtorem, odorem malum, fœdum raucumque sonitum de naribus procedentem, in Dei contemptum. Ezech. 8. 17. *Cn.* Esa. 17. 10. *Pl. Af.* Nah. 2. 3. זְמֹרֵיהֶם. מַזְמֵרוֹת f. *Pl.* Falces putatoriæ. Esa. 18. 5. *Af.* Joel 3. 15.

זֶמֶר *in pausa* זָמֶר m. Camelopardalus, rupicapra, alce, ramigerus, *s.* ramiferus, *à cornibus sarmentosis.* Deut. 14. 5.

מְזַמְּרוֹת f. *Pl.* Psalteria, *Al.* Instrumenta musica, *Al.* falces putatoriæ, emunctoria, *seu* forcipes quibus ellychnia candelarum incidebantur. 1 Reg. 7. 50. 2 Reg. 12. 13. Jer. 52. 18.

זָמִיר m. Cantus, psalmodia: minuritio, minurizatio. *Cantus avium variè incisus, qualis est philomelæ: sc.* tempus vernum: *Al.* Putatio, amputatio, excisio. *Al.* Propago, palmes. Cant. 2. 12. Esa. 25. 5.

זְמִירָה f. Cantio, psalmus, modulatio. *Pl.* זְמִרוֹת Job 35. 10. & זְמִרוֹת Esa. 24. 16.

זִמְרָה f. Psalmodia, cantus, carmen, psalmodica instrumenta: *Al.* Sermocinatio, sermo putatus: *It.* putatio. זִמְרָת *pro* זִמְרָה *Al. pro Af.* זִמְרָתִי Cantus meus. Esa. 12. 2. Psal. 118. 14. *Cn.* מִזִּמְרַת De cantatione terræ, *i. e. laudatissimis terræ, quæ decantari solent: Al.* De amputatione terræ, *i. e. de fructibus terræ amputatis.* Gen. 43. 10.

מִזְמוֹר m. Psalmus. Psal. 3. 1. *Libri Psalmorum 4 fuerunt authores principales, David, Heman, Ethan, Idithun: Ubi dcr.* pro filiis Core, *ille Psalmus ab Asaph, vel Heman compositus fuit. Psalter. Jacob. v. & Ab. Phar. H. Dyn.* 49. Musices 7 species: כִּנּוֹר cithara, תֹּף tympanum, מחול tibia, מִנִּים species, עוּגָב organum, צלצלי cymbala, תְּרוּעָה vociferatio.

CHAL. זְמַר Ovum percussit, *Aruc. It.* Eructavit, *It.* Ructus, *DP.* זַמֵּר Psallit, psallendo laudavit. *Inf.* Eccl. 2. 8. *Fu.* Psal. 18. 50. זַמָּר Cantor, musicus, psaltes. *Pl. Em.* זַמָּרַיָּא Esr. 7. 24. Eccl. 2. 8. f. זַמָּרִיתָא Cantatrices, psaltriæ. *ib.* זְמַר זְמָרָא Psalmodia, musica, cantus, cantio, convivium, cui musica adhibetur, saltatio, lascivia, *Sch.* מָנֵי זְמָרָא Instrumenta musica. Amos 6. 6. כָּל זְנֵי זְמָרָא Id. Eccl. 2. 8. כָּל זְנֵי זְמָרָא Omnes species musicæ. Dan. 3. 5. *Cn.* Ezech. 33. 32. *Af.* Lam. 5. 14. *Sota* 48. 1. זמרא דמנא Musica instrumentalis; זמרא דפומא Musica vocalis. *Gittin* 7. 1. מְזַמְּרַיָּא Psalteria. 1 Reg. 7. 50. Jer. 52. 18. בעלי זמורה *i. e.* Dominatores, שׂוֹטְרִים *vel* illusores, irrisores לֵיצָנִים. *Schab.* 145. 2. זִמְרָה Crepitus ventris, fœtor, odor malus ventris, *s.* flatus emissi ex ventre, sternutatio inferna. *It.* Crepitus, sonus musicus, ignominiæ causâ. *R. Salom.*

Salom. & R. Da. Ezec. 8. 17. Aruc. in חרו. It. Execratio. Aruc. זָמַר Putavit, amputavit vites: זמור Putatio. זְמוֹרָה Surculus, palmes. Schab. 155. זְמוֹרָה et זְמַרְגַּד Reg. Pro. 25. 12. et אִיזְמוֹרָד Exod. 28. 18. Jon. Num. 2. 10. Jon. אזמורד Cant. 5. 14. Smaragdus, lapis pretiosus. Pl. אזמרגדין Exod. 28. 18. & זמרגדין ib. v. 19. H. זִמְרָנִי No. prop. Regionis. Job 1. 15. & 6. 19.

SYR. ܙܡܰܪ i. q. H. זִמֵּר, Psal. 57. 8. Var. Lect. Greg. Syr. Mat. 11. 17. Col. 3. 16. Pah. Id. Psal. 57. 8. Rom. 15. 9. Jac. 5. 13. Ethpe. ܐܬܙܡܰܪ Quid canitur. 2 Cor. 14. 7.

ܙܡܳܪܐ ² ܙܡܳܪܬܐ ³ ܙܡܽܘܪܐ & ܙܡܳܪܐ Pl. ܙܡܺܝܪܬܐ ⁴ ܙܡܳܪܐ ⁵ ܙܡܳܪܳܝܐ ⁶ ܙܡܳܪܘܬܐ ⁷ ܙܡܳܪܬܐ ⁸ ܡܙܰܡܪܳܢܐ prim. Cantus, concentus, psalmus, nablium, psalterium musica, Gen. 31. 27. Dan. 3. 5. 10. Luc. 15. 25. It. Comessatio, convivium, ubi Cantus & musica, Rom. 13. 13. Gal. 5. 21. sec. Psalmodia, cantio, cantum, concentus. Pl. Eph. 5. 19. Col. 3. 16. tert. Id. It. Pl. Cantatrices: Oculi nictantes, & ex nigro cærulei: Oculi splendentes & cæsii. quart. Psallens, Psaltes, quint. Cantilena. sext. Psalmodia. sept. Nictatio oculorum. oct. Psalmus. Act. 13. 33. Pl. Luc. 20. 42. & 24. 44.

ܙܡܰܪܰܓܕܐ Smaragdus.

SAM. ࠆࠌࠓࠂࠃ Smaragdus. Exo. 28. 20. An. Sam.

ÆTH. ዘመረ: Psallit, ut Heb. Psa. 7. t. Imp. Ps. 29. 4. & 9. 11. & 67. 35, 36. Fut. Ps. 12. 10. & 20. 14. & 29. 15. & 100. 2. It. Appellavit. Act. 28. 29. & 25. 12. IV. & V. Id. v. 25. & 11. መዘምራን: Pl. Psallentes. Ps. 67. 27. (ዝማሬ: Hymnus, encomium. Org. መዝሙር: Versus in libro, Syn. Vulgò, Linea. JL.)

ለዝምር: Coccum: coccineum. Syr. ܙܘܪܕܐ (Palat. & Labial. alternant, ut ሀመ: i. q. הוּם) Apoc. 18. 12, 16. ዘመረግድ: Smaragdus. Apoc. 21. 19.

AR. زَمَرَ Fut. O. & I. Act. زَمْر Heb. זמר Cecinit voce, vel instrumento: pec. fistulâ. 2, Fut. I. Act. Zimâron, Vocem edidit struthiocamelus: & quidem mas: nam de fœmella عار dcr. 3, Vas aqua implevit; 4, Evasit cervus, fugit; Gig. 5, med. Kesr. Act. Zemeron, Paucos pilos, & parum virilis animi, habuit vir. 2, Calcitravit, pede percussit. (3, Inhumanus fuit; Agrestibus moribus fuit. Gig.) II. i. q. 1, I. Mat. 11. 17. Luc. 7. 32. 1 Cor. 14. 7; Erp. Ob iram, s. iratus, cantavit; 2, Declinare curavit illum; 3, Concitavit illum in alterum; 4, i. q. 3, I. Gig. V. i. q. 2, I. IX. Iratus est: oculis rubentibus fuit, s. ob iram, s. ob aliud. Gig.

زَمِرٌ f. ةٌ ² زِمِرٌ ³ زِمَارٌ ⁴ زَمَّارٌ potius quàm ⁵ زَامِرٌ ⁶ f. contr. زَامِنٌ potius quàm ⁷ زَمَّانٌ ⁸ زَمَّارٌ Pl. زَمَّارُ الرَّاعِي ⁹ زُمْرٌ ¹⁰ زَمِيرٌ ¹¹ زُمُورٌ ¹² زَمِينٌ Pl. زُمَرٌ ¹³ زَمِيرٌ ¹⁴ مِزْمَارٌ Pl. مَزَامِيرُ ¹⁵ مِزْمَرٌ (ةٌ Gig.) Pl. مَزَامِيرُ ¹⁶ مِزْمَارٌ ¹⁷ مُزَمَّرٌ ¹⁸ مُزَمِّرٌ ¹⁹ زَمْرًا زَمْرًا

prim. Ag. sign. 5. (2, Paucâ lanâ brutum; 3, Vir qui haud multùm aliorum consuetudine delectatur; Intractabilis: agrestibus moribus; Pulchro vultu; Gig. f. Talis fœmina; Id.) sec. Fortis, acer. tert. Vox struthiocameli maris: nam fœmellæ vox عِرَار vocatur. 2, Psallendi, cantandive actus. Gigg. quart. Psaltes. Tibicen, fidicen, modulator. In Suna etiam quint. occurrit: & quibusdam exponitur Meretrix. v. Ar. זמחר. sept. etiam Instrumentum ad canendum; Fistula, tibia, psalterium; 2, Mulier scortatrix, adultera; 3, Lignum canis collo appensum; Gig. oct. Fistula pastoris, herba. Id. v. Avic. I. 172. 11. non. Puer formosus. Id. dec. c Pl. Pumilio; Puer, s. servus pulcher;

& cum Mem Tesd. Piscis genus quoddam; Id. undec. i. q. non. & cum Damma super Ze Buccinæ, Jer. 48. 36. Duodec. cum Pl. Cœtus, turba hominum. Hos. 4. 12. Seld. Chorus. Ab. Phar. Hist. Dyn. 44. Muliebris rima. Gig. dec. tert. Psalmodia. Psal. 48. 4. Rom. dec. quart. i. q. 1, cũ sept. Lingua fistulæ, Avic. I. 385. 28. & eod. cap. sæpè. An membrum quoddam in faucibus? Bd. Dec. quint. Psalmus, Canticum, (Quodlibet genus precum sacrarum, & etiam superstitiosi ritus. Gig.) Dec. sext. Id. Gig. Dec. sept. Fistula. 2, Caverna; & hinc pro ulcere profundo, & exedente. it. pro Caro spinæ dorsi quo medulla continetur. junctim cum الرَّاعِي i. q. oct. quamvis Avicenna videtur distinguere. An harum alterâ intelligit Alceam? Bd. Magna, ac procera mulier. dec. non. Per catervas, & cohortes. Gig. Marc. 6. 40. Erp.

زُمُرُّدٌ & زُمُرُّذٌ Pers. زُمُرُّدٌ, Lat. Smaragdus. consonante et. voce Persicâ ac Latinâ. Exod 28. 17. Job 28. 18. Ezech. 28. 13. Apoc. 4. 3. & 21. 19.

זמת CHAL. זוּמִית Gr. ζωμὸς Jus, jus esculentum. Nedar. 55. 2. Muria, salsamenti genus. R. Salom. in loc. Berach. 36. 1. זמיתין Pili narium.

SYR. ܙܡܬܐ Capillus, i. q. ܙܡܬܐ BB.

AR. زَمَتَ, Act. زَمَاتَةٌ, Modestus, quietus, ac gravis fuit. (Honore gravitateque excultus fuit. Gig.)

زَمِتٌ ² زَمِيتٌ زِمِّيتٌ ³ زُمَّتٌ ⁴ أَزْمَتُ ⁵ زَمَاتٌ ; prim. Avis quædam discolor. Gig. sec. Modestus, gravis. (Honore excultus. Quietus. Gig.) Squallidus. Int. Avic. II. 141. 41. tert. Compar. aut Superl. cũ sec. Quart. Modestia, gravitas. quint. Diversis coloribus affectus, aut mutatus fuit.

זן v. זון Pl. זְנִים Species aromatum. Al. Odoramenta omnimoda, 2 Par. 16. 14.

CHAL. זן זַן זִינָא Genus, species, i. q. H. מִין Gen. 1. 11. 12. It. Aroma. Pl. Dan. 3. 5. מלא כריסיה זני בישי Plenus venter, omnis generis mala. Berach. 32. 1. זיני Eccl. 2. 8. זינין Vicia, semina nigra. Midb. rab. c. 4.

SYR. ܙܢܐ ² ܙܢܝܐ prim. i. q. Ch. & Mos, modus, Psal. 52. t. Pl. Eccli. 23. 19. Psal. 1. t. 1 Cor. 12. 10. ܙܢܝܐ ܙܢܝܐ Variæ species, Heb. 9. 10. sec. Modalis.

זנן זנה v. זנונים SYR. ܙܢܘܢܐ v. ܙܢ.

ÆTH. ዘናን: Lapis, qui boum fronti alligatur, ne fugiant. IL.

AR. زَنَّ Fut. A. i. q. ظَنَّ, aut pro eo, Opinatus fuit de alio bonum, malumve. ccap. & بِ r. Suspectumve rei habuit. 2, Intrans. Exaruit ramus. IV. i. q. 1, I. ccap. & بِ r. V. Continuavit edere eandem rem. cca. VIII. i. q. IV. ccap. & بِ r.

زَنٌّ ² مَاسٌ ³ دُوسَرٌ ⁴ زِنٌّ ⁵ زَنَّانٌ ⁶ زِنَّةٌ ⁷ أَبُو زِنَّةٍ ⁸ زَنَّانِي ⁹ زَنَّانِي ¹⁰ الزَّنَّانَاتُ prim. i. q. sec. et tert. quart. Modica, & angusta aqua. Aqua dubia, cùm nimirum nescis an in loco aliquo sit aqua, necne; Gig. quint. Brevis umbra. Id. sext. Triticum viride. Id. sept. Simia mas. oct. Seipso contentus vir; Qui sibi satisfaciat, non autem cæteris; Gig. non. Res similis mucilagini à naribus cameli defluens. Id. dec. Statio Lunæ est, cujus initium gradus 26. Libræ; finis, nonus Scorpionis. Genus hujus فَعَانِيل Papaiel, statio latrociniorũ. Kirch. Oed. T. II. P. II. 246.

זנא AR. زَنَأَ, Act. زَنْءٌ & زُنُوءٌ, Adscendit montem, aut فِي & Act. priore, Accessit, qs. ad per eum. cc scendit, ad quinquaginta. cc إِلَى at Act. poster. إِلَى 2, Angustus fuit. Brevis, & contracta fuit umbra. 3, Fut. A. Laboravit retentione urinæ. (Gavisus est; Properavit; Adhæsit terræ; Strangulavit; Gig.) II. Arctavit, in angustiam redegit. cca. & Arctè, duriterque detinuit in opere. cc عَلَى p. (Læsit illum. Gig.) IV. Trans. & Conj. I. sc. Fecit ut confugeret. (Illum protexit; Illud astrinxit. Gig.)

زَنَاءٌ ² زَنِيءٌ ; prim. Brevis vir, umbra. 2, Angustia: pec. Suppressio urinæ. sec. Mulctrale exiguum. Gig.

זנב זָנָב m. Cauda, extremitas cujusque rei. Jud. 15. 4. Job 40. 12. Pl. f. זַנְבוֹת Jud. 15. 4. Isa. 7. 4. זִנֵּב Pih. Decaudavit, caudam præcidit, extremitatem amputavit, Deut. 25. 18. Jos. 10. 19.

CHAL. זְנַב i. q. H. Unde זנביה Caudam ejus, Job 40. 12. Reg. It. Rab. Res aliqua superflua, & dependens, instar caudæ, Caphtor Uphærach 75. 1. Ubi Gl. exp. Speciem morbi accrescentem quandoque ad magnitudinem spithamæ. זַנֵּב i. q. H. Scheviith. c. 4. in Bresh rab. s. 74. Glos. Interficere. Bresh rab. s. 74. fi. זנבילא v. זנב.

SYR. ܙܢܒܐ v. ܙܡܒ.

ÆTH. ዘነብ: Cauda Pl. አዝናብ: Apoc. 9. 10. 19. & 12. 4. ይዘንቡ: Matt. 5. 11. Ro. pro ይዘብጡ:

AR. زَنِبَ Pinguis fuit.

زَانِبِي ² زَنِيبٌ ³ ٥ ⁴ أَزْنَبُ ⁵ زَنَبٌ ; prim. Copiosa cæsaries. Gig. Avic. I. 60. 6. sec. Mulier quædam ob pinguedinem insignis; 2, Arbor quædam grato aspectu, & suave olens; 3, Meticulosus. Id. tert. Piscis quidam exilis. Id. quart. Pinguis. quint. Incessus tardus, & lentus. Gigg.

زُنْبُورٌ ² زُنْبُرٌ ³ زَنْبَرٌ ⁴ زَنْبُوحٌ ⁵ زُنْبُورٌ (ةٌ ⁶) Pl. زَنَابِيرُ ⁷ زُنْبُرٌ ⁸ زُنْبِيرٌ ⁹ زِنْبَرِيٌّ ¹⁰ مُزَنْبُورَةٌ ¹¹ زِنْبَاعَةٌ ¹² زَنْبَعٌ ¹³ زَنْبِيلٌ ¹⁴ زُنْبَاقِي ¹⁵ أُمُّ زِنْبَقٍ ¹⁶ زَنْبُولٌ ; prim. Oleaster. Gig. sec. Multiplicatus fuit. Id. tert. Leo. Id. quart. Exiguus; pumilio. Id. quint. Crabro, vespa. Avic. I. 154. 13. et 254. 37. cum ة penult. & Hefin. Vespalis. Avic. II. 147. 13. Pl. Av. I. 137. 15. & 146. 30. & 163. 18. v. Ar. זבר sext Illud omne accepit. Id. v. Ar. זבר sept. Vespa. 2, Levis: agilis; Velox; 3, Asini pullus sarcinæ aptus; 4, Mus magnus; 5, Arbor similis platano; 6, Ficus prædulcis; Gig. oct. i. q. 5, 6. cũ præc. Id. non. v. Ar. זבר 2, Vir gravis. cc مِن Id. dec. Terra vespis, & crabronibus referta. Id. undec. Soleæ, s. ocreæ extremitas. Id. duodec. Rosæ genus. Id. Lilium. Germ. d. Sil. 514, 644. 2, Tibia, fistula. Id. v. Ar. זבק dec. tert. Vinum. Id. dec. quart. Olus quoddam calidum, & acutum. Id. dec. quint. dec. sext. v. Ar. זבל Sporta, cophinus. Marc. 6. 43. Joh. 6. 13. Act. 9. 25. 2 Cor. 11. 33. Erp.

זנג CHAL. זנגבילא Nom. Arboris s. ligni pretiosi, quo Salomon usus in extructione templi, quibusdam est Cedri species Cant. 3. 9. Elias vult esse צנוברי Cinnabari ligni rubri genus. Talm. est Zingiber, gingiber Pesach. 42. 2. Joma 81. 2. Schab. 65. 1. et זנגבילא Id. Amude golah 108. Arab. Pers. & Turcis Gingiber ita dicitur.

SYR.

SYR. ܙܢܓܐ 2 ܙܢܓܐ 3 ܙܢܓܐ pr. Fucus faciei: stridor *curruum*, tinnitus *aurigarum*. Jud. 5. 28. *sec. equorum* Antilenæ: *it.* ordo & stridor curruum. BB. *tert.* Zingiber.

ÆTH. ዘነገረ: Maledixit, contradixit, convitiatus est, improperavit, probris affecit. Mat. 27. 44. Mar. 15. 32. V. ተዘንገረ: Opprobrio affectus (*ludibrio habitus fuit*, Deut. 32. 34. *IL*) v. 36. ዝንጋ: Convitium. Luc. 1. 25. *Orat. Dan.* ዘነገዐ: Barbarè, incompositè locutus fuit, insipienter dixit sine intelligentia, balbutiit. (*Hinc* Cingari, *v.* נסן *Syr.*) Matt. 6. 7. 1 Cor. 14. 11. 2 Cor. 11. 17. 23. ዝንጉዕ: Incompositus, ridiculosus *Pl.* ዝንጉዓን: Rom. 1. 31. ዝንጋዔ: Deliramentum, somnium, fabula, nugæ. Luc. 24. 11. *Miss.* 170. 1.

AR. زنج (& زنج *Gig.*) زنوج *Pl. Gig.* 2 زنجي *Unit.* (*cum triplici vocali in ze. Gig.*) 3 زنج 4 زنج 5 زناج 6 مزنج 7 مزنجة *prim.* Æthiopum genus. *Avic.* I. 134. 34. & 150. 17. *et* II. 150. 45. *v. Geog. Nub.* p. 26, 27, 33. *Unde* Zingis *extrema ad sinum Barbaricum Ptolemæo. sec. Pl. Ab. Phar. Hist. Dyn.* 40. Æthiopica *s.* Zengitana. *Avic.* I. 345. 12. *tert.* Tympanum. Gen. 31. 27; Exod. 5. 20. *Erp. quart.* Vehementia sitis: *quâ intestina, & viscera contrahuntur. quint.* Retributio, præmium. *Gig. sext.* Parvæ quantitatis *donum*, *potus. sept. i. q. prim. Gig.*

زنجب 2 زنجبان 3 زنجبة 4 عطامة 5 زنجبيل (ز *Gig.*) 6 الكلاب 7 العجم 8 الاشتعار & *c Re fin.* 9 السام 10 زنجر 11 زنجور 12 زنجار 13 زنجاري 14 زنجفر 15 زنجيل 16 زنجلجلات *prim. sec.* Cingulum, Zona. (Perizoma, *propriè* muliebre. *Gig.*) *tert. i. q. quart.* (Fastus, superbia. *Gig* Magnitudo, majestas magnificentia. *Bd.*) *quint. v. Ar.* זנג Zingiber. *Avic.* I. 166. *t. cum sext.* Hydropiper, *quod canes enecat.* 36. *cum sept. i. q. oct. Gig. c non. v. Ar.* זנג. *dec.* Ærugo fit. *Av.* I. 169. 20. *v. Ar.* זנר *undec.* Piscis genus. *Gig. duod.* Flos æris, ærugo. *Av.* I. 169. *t.* & *c.* & 447 21. *dec. tert.* Æruginosus. *Av.* I. 69. 7. *cum He fin.* 216. 36. *dec. quart.* Gummis quædam virtute cerussæ prædita. *Gig.* Cinnabaris. *Avic.* I. 168. 2. t. *dec. quint.* Imbecillus. *Gig. v. Ar.* זגל. *dec. sext.* Adipositates, quæ in caudis ovium, *s.* arietum.

זנד CHAL. זַנְדּוּקְנָא Custos, præfectus carceris, sive captivorum, *Taanith* 22. 1. *Ar.* זנדוקא.

SYR. ܙܢܕ Scidit, abscidit. ܙܢܕܐ Manipulus, *Sev. l. Rit.* 106. 107.

AR. زند Implevit. 2, *Camelæ* crines cohibuit ligno, quo pulli lingua adstringitur, nè lactet: *atque id* postquam illa peperit. 3, *med. Kesr.* Sitivit. II. Mentitus fuit (& Mentiri curavit; Tergiversatus est in illo quod debebat; *Gig.*) 2, Igniario excussit ignem. 3, Ignavum, pusillanimem, & avarum reddidit. 4, Camelæ pilos stylis ligneis discriminatos pilis aliis revinxit: *quod fit ubi post partum uterus prociderit.* IV. Auxit, ازند في رجع Re superaddidit. *Gig.* 2, versus est. *Id.* 3, Iterum cruciatus est *torminibus*, *vel dolore. cc* في V. In angustiam redactus fuit, ut non potuerit respondere.

